



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

Disputatio VI. De ordine decretorum seu affectuum liberorum Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

igitur definit contra prevaricatores quosdam penam, tunc
à nobis israeli dicitur, quam iracundia affectionem ferre
nequit: consonat Epiphani. hæc. 138. post med. Hi-
lar. in Plalm. 2. ad id. Tunc loquitur ad eos in ira sua;
Hieron. ad id Plalm. 29. quoniam ira in indignatione eius:
& in illai. 65. ad id: isti sumus. Malach. 1. Esau autem
edio habui. August. in Plalm. 105. ad id: iratus est su-
per Dominum: epistol. 157. ad Optat. vers. med. 13. de
Trinit. cap. 16. vers. fin. Iulior. 1. sentent. de summo
bono cap. 16. initio. Cyprian. epist. vers. fin. post lib. 5.
epistol. in lib. 1. penitent. metaph. de Deo iram dici ait:
sicut & Damascen. 1. de fide cap. 14. sub fin. & frequen-
tissime Origen. homil. 2. in 2. Iudic. sub fin. & ad id Ro-
man. 1. reuelatur ira Dei & 4. contra celsum long. à
med. Anselm. in 1. ad Thellalon. & in cap. 2. post med.
denique frequenti scriptura locutioni Patrum omnium,
& interpretum concursus hæc interpretatio satisfacit. Ra-
tioni vero inde petita, atque pro similibus frequentie lo-
cutionum scripturae proprietate nobis etiam visitata, &
efficaci, responderetur: in eis vocibus aliquid, quod pro-
prie Deo conveniat, nec aliis aprioribus nostris expri-
bi queat, significari: ad affectum vero penitentiæ, qui
solum in Deo est, ut hæc vidimus, voces habemus
proprias: quate proprietate sermonis aliarumque simul
Deo indignum aliquid significat, vñm & acceptio-
nem non licere. Secundo: neque vñm vocem proprie
ad Deum transferri vñquam, quæ essentiali conceptu
obiectum, & significato suo, sed solum comitante, in
creaturis perfectionem significat: ira vero, ut vi-
dimus essentiali conceptu suo passionem, & dolorem,
ut occasionale obiectum, seu motuum suppositum con-
significat: ut penitentia peccatum, & debitum re-
stitutionis.

DISPUTATIO VI.

De ordine decretorum seu affectuum
liberorum Dei.



IBERIS Dei affectibus, & vñuersim
adfortis, & speciatim recensitis, quem
nam interfectio intentionalis pure (quam
solum in diuinis affectibus admitti pos-
se diximus) prioritatis, aut postero-
ritatis seruare possint, ac seruent, exa-
minare proximum est: & primo ablo-
lue an intentionis, & executionis ordo inter liberos Dei
volitiones intercedat. Secundo inter volitiones liberas
efficaces, quæ solæ decreta diuina sermonis proprietate
nuncupantur, & respectu quorum effectum possit inten-
tionis & executionis ordo inter eiusmodi decreta admi-
ti: an etiam respectu creaturarum actionum liberarum?
quod ipsum est, ac querere de præfinitionis, seu inten-
tionis efficacis diuinæ de nostris liberis actionibus, siue
vñterioribus effectibus earum interuentione obtinendis
possibilitate quæstio quidem inter scholæ Thomisticæ ac
nostræ Iesuiticæ Doctores celebris, & subtilis; quan-
tas, nisi, qui scientiæ nostræ mediæ naturam, & essen-
tiam intus penetrant, agitare tuto, & citra aber-
randi periculum minime poterunt, ut suo loco patebit.
Non agimus autem de prioritate volitionis necessitatis,
quæ se dilige prioritate specificatiui adequati prius,
quam volitio eadem prorsus enitatur, & identice in-
fectiui ad creaturam extendatur, ac se se explicet. De eius-
modi eni prioritate, quali, quali, nulla est, esse apud
Theologos quæstio potest.

Christoph. de Ortega de Deo Tno, Tom. II.

QVÆSTIO I.

Quisnam ordo diuinarum voluntatum
liberarum assignari possit, ac
debeat.

Ac in re multum inter Theologos non sine con-
fusione, & æquiuocatione plerumque disputatur:
quare prius certa, quæ omnibus esse in hac quæstio-
ne debent & in quo dissidium esse apud doctos possit,
exacte explicandum, statuendumque est: ut, in quo
docti nostri Magistri reipia dissident, est aliud pro-
positionibus absolute sonent, deprehendantur, solidius-
que, ac tutius super eorum oppositione ferri iudicium
queat.

CERTAMEN I.

Quæ certa omnibus esse debent, &
difficultatis seu controuersie sco-
pus proponuntur.

1. S Tatuendum est primo ordine executionis solum
considerato decreta executiua de facto remotio-
rum mediorum à fine priora esse decretis executiuis pro-
ximiorum fini vera intentionali, quasi naturæ priori-
tate: atque in hoc nullam posse esse controuersiam: si-
quidem remotiorum mediorum, quæ de facto sunt, exis-
tentiæ præsupponi debet, ut in proximiora media influant,
exigantque Dei concursum ex parte sua executionum in
proximiora, & hæc in alia, & immediatum fini in fi-
nem ipsum: ac proinde eo ordine Dei decreta executiua
(sine quibus absolutam existentiam, & concursus diui-
ni exigentiam habere non possunt) debent aliis præce-
dere: ut eo scilicet executionis ordine decretum executi-
uum finis postremum sit. Dixi statuendum imprimis hoc
bona nostri Ruiz de Montoya pace, qui Recentiorum quo-
rundam doctrinæ à se vñuersim impugnata d. 24. sect. 1.
num. 2. ex parte consensit num. 9. & 10. asserens ordinem
executionis respectu diuinorum decretorum extrinsecam
denominationem à rebus volitis Dei decretis esse, solum-
que esse in his, ut summum, ut obiectum volitum: qua-
tenus vult hanc rem medium, vel remotius, vel proximius,
atque illam finem esse, cumque inter se se ordinem ser-
uare: quare & ordo hic executionis rerum diuinæ volun-
tatis obiectum est. Cæterum ipsum executionis ordinem
formaliter, & per se neque esse, neque posse intercedere:
quia ordo ille executionis semper est efficientia, aut cau-
sæ materialis, quæ inter diuina decreta esse nequit:
cum nullum aliud actus causet, vel disponat ad illud. Sed
hanc ipsam rationem impugnauit ipse in Recentioribus
illis num. 2. & omnem imperantis actus intentionisque &
electionis ordinem cum illis Recentioribus reddit contra
ipsum impossibile, confirmatione subiungit ad rem hanc
inutilem, ut quæ impossibilitatem ordinis executiuorum
decretorum ab ipso asseram, & confirmandam non pro-
bet, sed solum posse esse finis, & mediorum volitionem
eandem, atque electione medijs cum finis intentione iden-
tificari ac proinde absque vñlo ordine prioritatis veræ fi-
nem, & mediæ amari à Deo: quod aliud est infra dispu-
tandum. Ratio vero à nobis breuiter data, demonstratio
ordinis formaliter in decretis diuinis executiuis atq; ipso-
rum conceptionis à Deo omnino est: cum probet eviden-
ter vñum à Deo concipi, & existere intentionaliter prius,
quam aliud ita à Deo concipiatur, quod illud præconce-
ptum, & prius habitum existensque in Deo supponit.

V 2. Rei

2. Rei ergo difficultas est in presenti, an inter liberas volitiones Dei ordo intentionis & executionis intercedat, ita vt intentio finis ordine intentionis electionem mediorum omnem precedat, sicut omne executionum decretum mediorum eius decretum executionum subsequitur atque illis omnibus posterius natura intentionali, non autem physico, ordine prioritaris, & posterioritatis, immo postremum executivum sit, vt diximus: ac subinde electio medij proximi, & immediati ad finem, prior etiam in Deo sit electione paululum remotioris, sicque vltique ad remotissimum cuius executionum decretum ordine executionis primum in Deo iuxta dicta est, vt verum in diuinis etiam liberis volitionibus; nec solum in obiectis eorum Philosophicum illud, & Theologicum proloquium, & principium vniuersum habeat: quod est prius, vel primum in intentione, est posterius, vel postremum in executione, vt Aristot. docuit 3. Ethic. c. 3. circa medium asserens, consultationem & inuentionem medij peruenire ad illud medium quod est prima causa in executione, & postrema in intentione, quibus proloquium illud contineri bene ostendit Eustracius Episcopus Nicen. eius interpretes ibi ac melius S. Th. 1. 2. q. 1. a. 2. corp. cum quo eius interpretes & Scholastici Philol. & Theol. ad vnum eiusmodi propositionem, tanquam axioma recipiunt, id quod euidenter argumento est in nostris intentionibus, & electionibus saltem conaturaliter loquendo indubitatum esse debere. Dixi autem consulto, inter liberas Dei volitiones, non autem, decretas: quia decreti nomen absolutae voluntatis efficaciam absolutam proprietate sermonis significat, ratione cuius intentionis ordo, imo, & executionis, dummodo decretum rei positionem absolutam natura precedat respectu actionum nostrarum liberarum (speciale habet difficultatem, est ex scientia earum media, eiusque directione à Deo concipiantur, valde apud nostras etiam, nec dissidio leui agitatae de qua q. 2. & cui soli ex nostris plerique intendentes praesentem questionem cum sequente confundunt, & ex his, quae in aliis circa questionem sequentem legunt inconsequentiae circa praesentem incusum argunt; cum, nec illos, nec se distinctione debita intelligant.

3. Porro in ita explicata difficultate questionis praesentis posse cum ordine eo axioma praescriptum in diuinis volitionibus liberis intentionis, electiui, & executiui reperi in dubitabile reputat Ruiz proximè num. 5. est tamen à pluribus doctis, ipso etiam aliquos recentiores referente, debitum, imo, & ab aliis sapientissimis, cum enim ordinem in diuinis intentionibus, & electionibus intrinsecum mediorum ad finem negauit Molina nosse asserens saepe, & vbiq. constantissime, intentionem finis ab electione mediorum, ne ratione quidem nostra, differre in concord. ad q. 2. §. 1. partis d. 2. c. 1. & 2. & 1. p. ad eam q. c. 3. §. Hinc iam facile, & q. 1. est c. 4. & 5. & m. 7. & 8. §. Tertius est citatur etiam Valentia ibidem d. 1. q. 4. §. 4. concl. 2. Immerito tamen, ex eo quod dicat Deum non nisi ex scientia conditionata cooperationis adulatorum gratiae diuinæ eos ordinare, & praedestinare ad gloriam, quod verissimum quidem est, est mediorum effectum confectionis gloriae habitatorum huius intentione sit posterior: quin Valentia ipse §. 4. assert. 2. oppositum contra Caluinum videtur asserere, conformiusque est ipsius doctrinae q. 2. recitanda. Molina vero conclusionem de identitate omnimoda intentionis, & electionis diuinæ, etiam ratione nostra, quæ ordinem veræ prioritaris, & posterioritatis intentionalis, inter eas prorsus excludit (est enim relinquit in obiectis ita à Deo ordinatis, vt vnum finis sit alia vero media) docent Theologi Recentiores memorati à Ruiz, quos bonæ notæ Theologos testatur Heriz d. 1. p. c. 2. n. 11. verum hi vltima Molinae rationes aliam ex propriis addunt, eas tamen omnes certam 2. efformatas rescimus.

4. Ex aduerso praefatum ordinem intentionis, electionis, & executionis in diuinis volitionibus Doctores alij, non solum possibilem; sed & de facto admittunt, atque conaturaliter loquendo, ita esse admittendum: ac iuxta illum diuinis volitiones liberas esse Theologicè ordinandas: ita Scot. in 3. d. 7. q. 3. d. 19. q. 1. & d. 32. a. 3. statuens, vt coordinandum diuinorum affectuum principium, qui ordinare vult, prius vult finem quam ea quæ sunt ad finem, additque, & prius vult maius bonum, & propinquius, &

accommodatius ad finem, quam quod minus bonum est, aut minus ad finem accommodatum, ex quo ad verbum Gabriel ea disp. 32. q. vna. 1. notab. & fere ad verbum Oramus 1. d. 41. q. vn. solut. argum. in addito autem hoc de medio seu bonis, quæ vtilibus ad finem loquuntur: & ex his, non solum propinquius, sed in suo quodque gradu, quod melius, magisque vtile ad finem est, prae minus vili, bonoque ad finem confectionem ab eo, qui ordinate vult esse eligendum: vnde ex hac Scoti regula non inferatur Deum teneri ad amandum maius absolute, aut melius secundum se, & entitatie bonum prae minori, adhuc conaturali, & ordinariae providentia; nec posse item, pro libito ex pluribus entitatie bonitatis in aequalibus, vnum vel prius, aliud vero posterius, & contra: vt ibidem & in 1. d. 41. saepe Scotus supponit: dummodo vicissim alterum ad alterum possit conducere; neque ex voluntate pure appetitiua rerum ordinaretur: sed ex voluntate Dei pure affectiua iuxta saepe à nobis explicata d. 5. questionibus postremis. Denique non inferitur ex hoc Scoti principio: Deum non posse vt mediis secundum se minus aptis ad finem, secundum se prae ceteris consideratis, confectionem vt ad mundi conuersionem videretur vltima infima mundi eligens, & stulta mundi, vt sapientes confunderet ac frutes: nam & id Deus vltima mundi confectionem Deum intendit, vt sublimitas sit virtutis Dei: quod nisi inceptibus mediis adhibitis non obtineretur: quare intentio Deo fini quo de se inceptiora, eo erant aptiora: quare limitationibus, & temperamentis pro Ruiz sect. 2. a. 2. ad c. adhibitis doctrina Scoti, vt ea coordinandis de facto liberis Dei voluntatibus tuto Theologus inferunt, minimè eger.

5. Idcirco praefatam Scoti, & Nominalium sententiam nihilo diuerfam, sed eandem prorsus censo sententia nostri Suarez 3. p. t. 1. d. 5. ante difficult. 1. & difficile. 2. & lib. 1. de essent. praedest. c. 8. à §. Prima opinio. Nimirum ordine intentionis prius finem amari, & ita ordine proximiora media, quam remotiora, quare etiam posterius à Deo quodque eorum amari, & eligi, quæ remotius à fine est: quod ipsum vt explicuimus nullum aliud additamentum illis Scotus & Nominales docuerunt. Eandem sententiam tenet Vasquez 1. p. t. 1. d. 8. cap. 7. §. Quarto etiam & cap. 11. nec vt conuenientiae, & constantiae laude praestantissimum sententiam hanc suam in qua vniuersum sumpta cum Soario conuenit, vbiq. limitauit locis aliis non paucis quæst. 1. referendis, aliam gloriam, quæ finis conferendi gratia auxilia, & merita ad eam obtinendam Deo fuit, ante prauis absolute, quare & volita à Deo merita amari ab eo absolute non possit: eis enim locis loquitur expresse, non de voluntate absolute tali gloria, sed de absolute efficaci gloria à Deo intentae: quam etiam efficacem absolute, & posse, & de facto in Deo esse ante absolute prauis merita praedestinati Soarius affirmabat, contra quem acriter eis locis decretat; non autem de anteriori ad merita ordine intentionis intentione, non absolute efficaci Dei, erga gloriam praedestinatorum vt finem: in quo nusquam à Soario discrepauit, sed prorsus cum eo consensit, sed quoniam dicit plerique simul hanc questionem de ordine intentionis diuinæ voluntatis vniuersum, ac sine addito absolute efficaciae, cum alia de voluntate efficaci miscerent, mirum non est nostrum Ruiz sect. 2. nam. 6. sine conclusionem affirmatiuam in presenti questione eis locis à Vasquez limitatam censuisse, & Ariagum disp. 3. §. 1. sect. 7. praetiumcula ante subsection. 1. acrim. Varquio, & Soario super ordine intentionis, & executionis diuinarum volitionum vniuersum pugnam esse dixisse, cum reuera de volitionum efficaciam ordine pugna solummodo sit Soario, Vasquio & Scoto consensit Heitz disp. 2. sect. 2.

6. Hunc certe, & Vasquium cum affectis pluribus volitionum liberarum per extrinsecos effectus, seu actiones constituentibus facile in praesente impugnatum: quod hæc sententia cum illa nequeat consistere nisi contra illam agentes ostendissent nullum connotatum extrinsecum quo diuersorum finium, quos Deus in co-ius effectus, seu actionis creatæ, per diuersas animarum liberas volitiones, habere potest assignari ab his doctoribus posse: quare libertati volitionum diuinorum ordine executionis ea sententia satis de commo-

2. Arguit primo Molina. Consultatio mediorum post finis intentionem, ac proinde & eorum electio idem in nobis est, quia medium aptius finis, nobisque executi facilius ignoramus, cum sciamus per se & propter se intendimus, siquæ gratia folius: atqui Deo nullum medium facilius, accomodatiusque executi esse, nec aptitudinis maioris, vel minoris ad effectus consecutionem, tum intrinsecæ, tum extrinsecæ ab eius per hoc medium potius, quam aliud, si effectus contingens, & liber sit, ignorantia adesse potest, cum simplici & conditionata contingentium omniſcientia polleat: ergo nec potest in eo esse consultatio, & electio mediorum finis intentione posterior. Respondet bene Hezice negando maiorem, quia absolutum bonitatem, & amabilitatem per se, & propter se, gratiaque foli obiecti independentem à mediorum amabilitate possit quibus cognita mediorum aptitudinem & utilitatem, &c. perſeſſibilem, præ fua voluntatis libertate illud propter se prius amare, atque ob illud, cuius gratia medium ex pluribus, ino omnibus eligere; quare consultatio iudicii de medio eligendo posterior finis intentione, non efficit; cum tamen esse electio medij ea intentione posterior possit.

*Non solum esse potest, sed de factō
præfatus ordo in volitionibus
Dei liberis est.*

dentis, & absolute cognitione: quare vt in finis amandi absolutum bonitatem & amabilitatem per se, & gratis sui feratur, nulla possibilis est mediatorum scientia eger aut dirigi debet, et in omni scientia simplicis intelligentia cum finis possibilis amandi scientia qua dirigitur illam identice habeat. Multoque minus, si amandus finis contingens sit scientia conditionata Deum dirigit oportebit: cum eius amabilitas, & bonitas intrinseca per se, prae statu possibilis per simplicem intelligentiam cogniti mouere sufficerent possit, quin ad statum futurius conditionatae contingens illius diuersum, & posteriorum eius possibiliter diuina scientia se extendat: expectanda esset futurius conditionata scientia ad contingens illius efficacem. Dei intentionem naturae, & essentia sua infrustrabilem (de qua nunc non agimus) ad intentionem vero absolute talem non autem efficacem sed inefficacem contingens (de qua hic) & frustrabilem imò de facto in reprobis toties frustratur, non est vnde vitra simplicem eius intelligentiam scientia Deo conditionata requiratur. Ad praedestinationem vero hanc requisitam, non ratione intentionis gloriae (qua inefficax sufficit, vt minimam) sed qua preparato, & electio mediatorum est, quibus certissime praedestinati saluentur, vt contrarium, 7. ostendimus.

4. Secundo argumatur Molina citato nūm. 8. quia Deus vult gloriam non absolute, & secundum se solum fūspam, sed vt coronam, & præmium: addunt Reſcitores, & cum eis Aſcele, vt hereditatem filiorum per gratiam ſanctificantem adoptivam, quod non, niſi per merita, & gratiam aſſequibilem Deo eſt: ergo non iudicet gloriā independentem à meritis, ſed proſuſ dependenter à meritis in ea etiam intentione: ergo eodem aſi vult finem gloriæ, & merita ſaltem vage. Probat hanc conſequentiam Reſcitores præſati ex S. Thoma 1.2. quæſtion. 12. art. 1. ad 4. quia intentio non eſt volitio boni ſecundum ſe, ſed vt aſſequibile per aliquod medium: ergo neque eſt volitibile, niſi vt aſſequibile: atqui gloria: corona, & præmium, & hereditas, non eſt aſſequibilis, niſi ratione meritorum, & gratiæ ſanctificantis: ergo & hæc ſimul amantur ſaltem vage. Argumentum hoc, eſt intentione propoſitum de intentione ſpeciali gloriæ: ita, vt voluit, intente concluderet, nihil contra conſolutionem noſtram præſtaret; quæ non contendit non poſſe non finem, & media

V 2. diſſecti

Christoph. de Ortega, de Deo Vno. Tomus II.

V 2 directis

diuersis actibus amari, sed solum posse amari diuersis, & tunc subinde prius amari finem, eiusque amore, & intentione eligi media posterius ordine, & modo explicato: quod verum absolute esset, etsi ita, vt dicitur, intenta gloria, intentio, & electio identificarentur, nec prædictum ordinem seruarent satis enim esset, si aliter intenta à Deo gloria non, vt præmium, corona, & hæreditas, vel alius quispiam finis, diuerso intentionis actu à mediis electione amari posset, vt præfatus ordo in volitionibus liberis admitteretur possibilis vt patet.

4. Generale illud principium, quod ex sancto Thoma recitant, & assunt Recentiores præfati vniuersaliter præsentem conclusionem oppugnat, & rationem datam: quare miror illud à nostro Ruiz vt certum assumi: indeque variis distinctionibus, casibus, & conclusionibus rem potius confundit, quam illustrat. Quateus ergo ad rem præsentem attinet, melius (me iudice) reliquis huius conclusionis Recentioribus, & consequentius principium illud, eiusque veritatem penetravit Herize citato cap. 2. nu. 17. ver. fin. § ad 2. & toto num. 18. Negat igitur finis intentionem tendere formaliter, & expresse in finem formaliter, vt allequibilem per media ab illum intendente, sed solum in eum, vt talem tendere virtualiter, & implicite, quod ita intelligendum est: vt eius allequibitas per aliquod medium adhuc vage, si plura sint, nec per aliquod determinatum, si sit vnicum ea intentione finis ametur expresse, sed ob suam bonitatem, & propter se; alioqui non propter se solum sed propter allequibilitatem per aliquod vage, vel per determinatum medium amaretur: quod contra finis rationem est vt videbimus tertia conclusionem cert. 3. statuenda, atque allequibitas partialis finis eius voluntatis esset, solum ergo media, per quæ obinendū finis est, eiusque allequibitas per illa virtualiter finis intentione amantur: quatenus ea finis intentio, si efficax absolute sit actiue ad mediis electionem, & amorem determinat; si autem, non absolute efficax sit, nihilominus actiue ad eiusmodi amorem, & electionem inducit; alioqui non amor desiderij, & intentio finis esset, sed complacentia pura in eorum opinione qui erga obiecta, prout in statu possibilitatis precipitur, quam supra impugnati, eam admittunt, ostendimus autem solutione argumenti primi in nobis ad amorem finis per se, & propter se, gratiaque sui allequibilitatis eius à nobis, non quia illam etiam amemus, sed ne irriti amemus finem scientiam allequibilitatis eius debere præcedere; scetus autem in Deo, cui possibilitate finis per simplicem de illo intelligentiam prompta est intentio, & secuta: ex qua eadem simpliciter intelligentia de mediis, vel pluribus, vel vnicis prompta etiam succederet pro Dei arbitrio electio, si inefficax intentio sit; si enim efficax sit, ac medium vnicum, necessario succederet.

6. Sit Secunda Conclusio: præfatus ordo, & prioritas intentionalis vera intentionis finis respectu electionis mediis, & executionis connaturalis est, ac subinde in eiusmodi volitionibus diuinis reperitur. Conclusio hæc est etiam, quoad connaturalitatem ordinis illius communis, & ex axioma illo communi, qui ordinat prius vult finem deinde media ad finem. Patet, hoc enim axioma connaturalitatem eius ordinis continere: nam quæ plerumque in rebus eueniunt (vt hunc ordinem in eis affectibus euenire ait, proloquium istud) connaturalia sunt, quæ autem raro accidunt, non sunt connaturalia, vel præter. Secundo illa dictione qui ordinat vult idem probat ordo: siquidem ille, cui se conformat, qui prius vult finem, quam media, non alius quam naturalis, seu naturalis eorum affectuum ordo est. Inde verò conclusio eam ordinem in eis affectibus diuinis constituentis satis probatur. Nam connaturali modo obiectis, & affectibus, se Deum in suis volitionibus concipiendis de facto gerere Theologicè censendum est; vbi de opposito non constitit ex scriptura, Patribus, aut conciliis: in quibus nihil est huic ordini diuinum volitionum aduersum; imò nec speciatim in casu vilo, vt iam ostendam certam, 3. vbi conclusionem nostram postremam statui: cuius præcipua probatio ab opposito ordinis repugnantia erit. Conclusioni huic nihil speciale, admissa eius ordinis possibilitate hætenus statuta & vindicata, opponi posse video: idcirco, vt reor, notat Ruiz Scoti regulam & doctrinam valde vitiosam Theol.

logiæ diuinorum affectuum coordinationi merito deest sect. 2. num. 2.

CERTAMEN III.

Præfatus ordo intentionis Dei, effectiōis, ita absolute necessarius est, vt non possit non esse.

1. Hæc conclusio puncto præcipue difficultatis præsentis difficultatis responderi, & ferè omnibus recentioribus, nec solum memoratis, & Molinæ, ac Ruiz citatis, aduersatur, eam tamen intendisse indicio nostrum Soarez locis citatis, tametsi intentiones effectus diuinas non excludat, etiam actionum nostrarum in executione liberarum, & effectuum ab eis in executione dependentium, de quibus nihil nos præsentem quæstionem. Eam expresse docuit Herize citato cap. 1. prop. 1. num. 19. Ratio est, quia de ratione, & essentia causæ finalis est ad mediis electionem vere medio sui amore mouere: atqui nequit medio sui amore ad eam electionem mediis vere mouere, nisi vere eius intentio de mediis electione prior, ac proinde præfatus ordo locuetur: ergo nequit esse causa finalis nisi eius intentio, & amor vere prior mediis electione, sit præfatus ordo seruatur. Maior probatur ex definitione finis causæ apud omnes firmæ, cuius gratia, (amore scilicet) iuxta (id est media ad illud consequendum) sunt; atqui nequeunt amore finis, seu finalis causæ media ad ipsum consequendum fieri, nisi medio sui amore ad mediis electionem vere moueat: ergo motio finis vera medio sui amore ad mediis electionem est de essentia causæ finalis seu finis vt talis. Minor proxima probatur: quia fieri medio amore finis media nequeunt nisi amor finis influat in electionem mediis suo modo, ac subinde in eorum executionem: etenim si electione, & executione nulloquam ad hanc intentione, & amore finis intendente, media ad ipsum finem, gratia, & amore finis medio minime fieri, sed electio ipsorum, & executione voluntate solum, etsi autem finis, & mediis amor identitice in eandem confluant entitatem, & amorem, & proinde amore finis realiter identitice media finis, non autem realiter formaliter amore finis finis: quare nec realiter formaliter amore finis: imò nec magis finis illi amore, & intentione finis, quam finis fiat electione, & amore mediis, realiter identitice, si virtusque amoris vnus identitice realiter sit: id quod aliter, ac nos, in hac conclusione opinantes decepti. Sed non aduertunt finem, & media ita tunc in ordine ad amorem, & voluntatem se gerere, ac si duorum disparatarum obiectorum idem amor esset, qui vnum non sine alio ferretur, sed essentia & entitate sua in vtrumque simul: quo in casu neutrius vera intentio, ac finis motio in alterius electionem, imò neque vera electio esset, sed finalitatis solum amor ex libertate amantis in eandem affectum coniunctus: cui, sicut vnum obiectum bonum amare, ita plura bona simul amare liberum est, etsi verò in iis obiectis, quorum alterum ad aliud vtile, & conducentis natura sua tamen cum alter a quo primo ac simul natura amatur, ea conducentia non attenduntur, sed materialiter solum se habet: ac si omnia non abesset, sed disparatè se haberent: quare non aliter vtrumque, ac si disparatè se haberent ad eam amorem mouent.

2. Dices conducentia, & vtilitas mediis amabilem esse, atque item bonitas finis, non minus, atque due alie bonitates disparatæ: ergo sicut hæc eodem actu amabiles sunt, ita & illa: ergo & medium, quæ medium, & finis qua finis eodem actu amari possunt formaliter nec solum materialiter, vt duo obiecta, quorum alterum ad alterum conducat. Confirmatur: Nam Deum de se habere velle gloriam, vt præmium, & coronam non, nisi per

merita obtinendam (saltem inefficaci voluntate) certum apud omnes est: ac proinde, & merita eorumque consequentiam ad gloriam: ergo de facto eodem amore amat gloriam, vt finem & consequentiam meritorum ad illam, siue merita ob eam consequentiam: quare, vt ad ipsam utilitatem amat: ergo & in eodem amore amor medij, & finis, quia talium, absque illo ordine vere prioritatis, & posterioritatis coniungitur. Respondeo distinguendo maiorem: utilitas medij diuersa bonitas à finis bonitate & amabilis propter se, nego antecedens, & amabilis propter aliud concedo antecedens, & nego consequentiam. Nam in duobus obiectis disparatis cum neutrum propter aliud amabile sit, alterum præamari opus non est: vnde amoris identici obiecti utilitas propter utilitatem eius ad aliud per se, & propter se amatum tanquam finem cum huius amore repugnantia incurritur. Quare vterius ostenditur & clarius sola explicatione terminorum, & rationis formalis amandi media, seu utilitas, quia talis, ad finem, propter finem, eiusque bonitatem, ob quam is per se, & propter se amatur. Neque enim medium formaliter, quia medium, & vtile, eiusque utilitas propter finem eiusque bonitatem amatur tanquam propter bonitatem formalem, seu rationem, ob quam medium amatur: eam siquidem medium, quia tale non habet, sed aliam utilitatem ad finem, siueque quia utilitas est, essentialiter respectum: & quare, si finis amatur nihil ad mouendum illam voluntatis referat, quam si in medio non adesset: vnde manifeste fit finem amatum ad medij, quia talis, atque utilitatis eius amorem debere præsupponi quod enim amatum debet esse, vt amabilis sit, seu ratio formalis amandi aliud subsistat, compertum est præamari debere: terminus enim omnis cuiusque essentialiter respectus, saltem, qui terminum ipsum non affert, vt actio effectum prior natura est essentiali respectu: atqui finis amatus, terminus est utilitatis medij, vt amabilis, seu motus amoris sui est propter finem, vt dixi: ergo huius amor prior est amabilitate, ac subinde medij amore amor finis.

3. Confirmatur. Nam, cum medium, vt vtile ad finem simul cum fine amatur indiuisum, non magis amaretur amore finis per se, & propter se, & medium propter finem, quam hic amaretur propter medium & medium propter se: id quod terminis ipsis implicat, atque cum amabilitate, seu bonitate finis & medij repugnat: ergo, & repugnat amari eodem amoris actu, & indiuisum medium formaliter, quia tale, ac vt vtile ad finem, & propter finem tantum, & finem, vt finem, & propter se. Maior probatur: Nam amore quo vtrumque indiuisum vnicuique actu amaretur, ita mutuo vicissim amaretur finis, vt eius amor dependeret ab amore medij, ac medij amor amaretur dependeret ab amore finis: cum neutrum eo amore identico & essentia sua respectu bonitatis vtriusque non amato altero amari posset: quare nec magis vnum propter aliud, quam hoc aliud propter ipsum amari eo amore posset: vnde neutrum, vel vtrumque mutuo sibi, & vt medium, & vt finis alterutrum respectu alterius contradicte amaretur, vel neutrum vt finis, vel vt medium amaretur, vt contentimus: atque vtriusque bonitas eodem gradu obiectiue morionis ad eum vtriusque simul & indiuisum amorem moueret, vt, medium ad finem alium, ad quem neutra bonitas esset sufficiens: id quod exemplo illo in confirmationem adducto euidenter ostenditur: eo quippe constat gloriam, cum non, nisi vt præmium, amatur, non intendi, amare solam gratiam: quare neque esse eius amoris, seu intentionis integrum finem, & obiectum per se, & propter se, sed id etiam quod splendoris additur eam suis meritis & industria consequatur, vel ob iustitiam distributionem à Deo in gloria retributione excedendam, qui ob alterutrum, finem non nisi meritis gloriam amat. Ad quemvis autem ex eis finibus utilitas medij seu meriti, quatenus ad gloriam secundum se comparatur, materialiter se habet: quare neque, vt vtilis ad illam, & propter illam vt finem amatur, sed qua medium, & vtile est, ad distributionis iustitiam, vel recipientis splendorem vt finem sicut & gloria danda, quæ ad iustæ retributionis exercitium medium est, & ad illam recipientis gloriam extrinsecam, & receptionis eius splendorem: quorum alterum, vel vtrumque cum

ita adeo gloria & merita simul primo amarentur, eueniret: quare nec gloria secundum se, vt finis, amaretur, nec merita, vt media, ad ipsam, sed vtrumque ad finem alium præintantum & præamatum propter se, & per se à Deo amore vere intentionaliter diuerso, & priore.

4. Id ipsum in amoris eiusdem cuiusque medij, & finis exemplis excogitabilibus euenire facile deprehenditur vt exempla plura que adducit Ruiz sectione secunda, numero decimotertio in quibus aduertendum est plerumque illum in eis, sicuti & Doctores alios, hanc questionem generalem confundentes cum alia de ordine inter intentionem, & electionem absolute efficacem multam lectori nebulam offundere posse: fatemur enim efficacem voluntatem mediorum efficaci finis voluntate anteriorem esse posse: immo si finis, vel actio nostra libera, vel quid ab ea dependens sit, ad efficacem voluntatem finis mediorum, non solum electionem, sed & executiuum decretum, & absolutam actionem nostram liberam positionem necessario supponit. Item: iis positis, vel non positis posse Deum eas in hunc, vel illum finem dirigere, diuersum etiam ab eo, & eius intentione inefficaci auxilia, & media reliqua, electa à Deo sunt: solumque aliterius ea media, quia talia, vt à Deo eligerentur, atque mandarentur executioni necessario alicuius finis amorem, & intentionem veram diuersam, & vere intentionaliter priorem supponere, quod in eis etiam casibus certissimum, & necessarium esse habemus ostendimus: & cui constans semper Vasquez aduenit: solum antecedentiam intentionis efficaci finis per media libera obtinendi ad ipsorum electionem, & executionem (vt ex ipso nos, & ex Sapientissimis nostrorum negabimus) negans eis locis, quibus ab vtramque questionem confundentibus contra præsentem conclusionem citatur, vt q. 2. videbimus.

5. Sed conclusioni præfixa moderamen adhibendum est, quod ab aliis non potest adhiberi nisi à nostro Vasquez, & eius rigidis sectatoribus. Nempe: num ordinem inter electionem & intentionem absolute necessarium esse, non autem inter electionem medij proximioris respectu electionis medij remotioris: quia inter media proximiora, nullquam habent rationem finis, vt doctè, & fuscè probat Vasquez 1. 2. tomo primo, d. 4. capite secundo & quarto & breuius disputatione 40. numero 10. ac proinde opus non est remotius medium ob proximiora intermedia fini amari, neque ob horum utilitatem ad finem, sed vnumquodque medium ob utilitatem ad ipsum: quouis enim gradu, & loco sit ad solum finem præamatum formaliter medium qua tale, & vtile refertur: etsi physica & materialiter sumpta eius utilitas nisi per media proximiora non esset. Hinc permissionem peccati effectum proprie prædestinationis esse ostendimus, quia inter medium peccatum amare cogitur Deus, siue hoc per humilitatem, aut penitentiam ad salutem conducatur, controu. 7. Hinc ergo opus non est, vt amor medij proximioris præcedat amorem remotioris, ac proinde à potestati amore poterit absolute ex finis intentione electio inchoari: etsi, quia proximus medium, eiusque utilitas, & conducentia ad finem prius à nobis inuestigatur, atque inuenitur, citius voluntas nostra proximioris amorem concepit, ac deinceps remotiorum: etsi non ob media proximiora remotiora amanda sint: cum autem Deo prompta æque utilitatis ad finem remotiorum, & proximiorum mediorum scientia sit, æque etiam liberum, & expeditum erit remotius, vel proximius medium eligere, siue ex finis intentione amare.



QVÆSTIO II.

An ordo præfatus inter intentionem efficaciam Dei liberi effectus creati determinati, eiusque electionem, & executionem esse queat?

Questio hæc in quaestione inter intentionem efficaciam Dei liberi effectus creati antecedentem ipsius absolutam positionem, & electionem: nam de naturalibus effectibus naturalium causarum dubium, nec vnde esse possit, posse à Deo antecedenter ad intermediarum causarum electionem absolute intendi; effectus autem liberos, seu causarum liberarum intelligo, non solum immediatè, & proximè liberos, vt creatos nostros consensus, sed effectus omnes, qui ab his quovis gradu in sui absoluta positione dependent: quia eadem est ratio vniuersæ & difficultas. Est vero questio præfata valde diuersa, etsi de possibilitate diuina præfinitionis, seu decreti antecedentis, & absolute efficacis erga liberos nobis effectus, & operationes sit, ab ea, quam de præfinitionibus prædeterminatiuis Thomistarum Dominicanorum fuit controuersia, tota tom. I. examinamus. Tum: quia Dominicanæ præfinitiones antecedentes & absolute efficaces prædeterminatiue decreta executiua sunt, ac non intentionis solum: cum sint de concursu, quo consensus noster absolute ex parte causæ primæ ponitur. Tum: quia sunt proinde in Dominicanorum sententia necessaria ad absolutam consensus creati positionem, quem abiq; Dei causæ primæ voluntate, & concursu poni in rebus repugnat. Præfinitiones autem nostri liberi effectus, de quarum possibilitate nunc agimus, purè intentionis sunt, non executiue seu decreta concurrenti Dei vt causæ primæ ad liberas nostras operationes & effectus: vnde neque sunt ad absolutam horum positionem necessariæ, sed merè arbitrarie, & supererogatoriæ in Deo, etiam, vt illi absolute ponantur: Denique præfinitiones istæ intentionis scientiam propriè conditionatam, seu mediam contingenti effectus præfinitionis, vel supponunt, cuius solummodo directione à Deo concipiatur: vel saltem ante electionem mediorum habendam necessario concernunt; quam tamen præfinitiones prædeterminatiue Dominicanæ reiciunt prorsus, & abhorrent: quare questio hæc intra scholæ nostræ Thomisticæ lesuiticæ septa, & inter scientiæ mediæ assertores transigenda est.

CERTAMEN I.

Questionis scopus, & supposita placita proponuntur.

Supponendum primò est præfentem questionem non esse. An Deus possit habere decretum, quod sola efficacia media qua præuocetur, vel præuocetur pro posteriori signo rationis sit, vt obiecta directa efficacis sui decreti habeat; quin eius efficacia antecedens ad effectus liberos creatos certò per eiusmodi media obtinendos pertingat, vt obiectum suo illo decreto, efficaciter voluntum. Primum explicatione sola indiget vt probetur: quam sic præfatio, relit Deus efficaciter hoc decreto: decernit dare media solummodo efficacia hominibus, quæ vel præuocidi, vel pro posteriori signo nouerim habitura consensus liberum hominum, si donentur; non autem decernit efficaciter eorum consensus. Hoc quidem decretum nullatenus cum libertate consensus nostri pugnat, certum apud Doctores scholæ nostræ

omnes est, esseque debet: quare neque inde repugnatur, siquidem suam solum voluntatem ad danda auxilia efficaciam non intrinsecè, sed extrinsecè solum à futuritione conditionata consensus ligat; & determinat, seu prædeterminat Deus; nostram autem voluntatem ad consensus, nec ligat antecedenter, nec prædeterminat, sed per auxilia; quæ ex eo decreto donet, quæ indifferentia de se sunt, siue per antecedentem decreti efficaciam, quæ tota in collationem auxiliorum extrinsecè efficaciam terminatur, nec ad nostrum consensus progressum pertingit: sed nec repugnat in mediis efficacibus totam decreti illius efficaciam sistere. Nam etsi intentione efficaci consensus eiusmodi decretum conciperetur à Deo, ac proinde electio foret; sinem consensus per illud ipsum amari à Deo repugnet, vt vidimus quæ certam. Quod autem nec præsuppositiue ex necessitate efficaci intentione consensus ad illud decretum præsupposita consensus efficaciam illa diuine voluntatis pertingat, patet: quia potest Deus ex inefficaci consensus intentione, & voluntate eligere, efficaciterque decernere directè collationem medijs efficacibus præ sua libertate, etsi ex ea inefficaci intentione consensus non determinetur ad decretum collationis medijs efficacibus; sed solummodo moueatur & inducatur, vt indubitatum est vniuersæ patris affirmatiue, & negatiue in præfati questio. Doctores cunctis. Secundo potest Deus ob aliam finem, quam consensus nostri, nempe suæ potentie, & scientiæ, ac domini rerum, & libertatis suæ ostensionem decretum illud honestissime concipere, quin futurum inde consensus curam directam, & expresse habere: quare, etsi non nisi ex efficaci intentione finis, potest decretum illud habere, cum alijs finis, ac non consensus ipse intenderetur, intentionis illius efficacia consensus nostrum minimè pertingeret: quare certum præsuppositum hoc inter omnes questionis præfentis disputares: posse Deum habere decretum, & voluntatem efficacem dandi media extrinsecè efficaciam ad consensus, cuius decreti efficacia, nec per se, nec ex præsupposito necessario intentionis consensus efficaciam consensus nostri pertingat: vnde, etsi eo decreto præsupposito liberum Deo non sit auxilia efficaciam non conferre; tamen nobis liberos prorsus, & integrum sit eis omnibus ac præsuppositis consentire vel non consentire vt supposuimus: vnde præfati consensus voluntatem seu præfinitionem consensus & cuius possibilitate inter scholæ nostræ Doctores disputatur non solum media seu auxilia efficaciam sed consensus debere efficacitate sua vt obiectum efficaciter à Deo præfinitione voluntum pertingere.

2. Supponendum secundo est decretum efficacis Dei seu præfinitionem cuiusvis effectus efficaciter à Deo voliti (etiam si ex directione scientiæ mediæ ante eiusmodi præfinitionem præsupposita reguletur, vel illam scientiam pro posteriori signo habendam concernat: quia, nisi sciret Deus sibi pro eo signo, mox adfuturum eius, directione vsurum ad media extrinsecè solum efficaciam & intrinsecè indifferentia adhibenda) habere concernentem intrinsecam naturam & essentiam suam cum obiecto efficaciter à Deo volito seu præfinito: præter extrinsecam aliam, quam habet ex scientia mediæ, quam præsupponit, vel natura etiam sua concernit, & omnes vniuersæ partis Doctores merito supponunt: siquidem eo ipso, quod præfinitio, seu decretum efficaciter diuinem consensus nostri scientiam mediam essentialiter supponit, vt necessariam sui directionem, vel concernat, vt mox expresse, & formaliter habendam, ac sine cuius præsuppositione vel concernentia, nec haberetur, nec posset, vt de facto habetur, à Deo haberi, certum omnino atque euidentem connexionem, quia scientia illa cum consensu illo habet siue in statu conditionato, siue in absoluto ex purificatione, seu absoluta positione medijs, seu conditionis auxilij indifferentis; sed quo consensus fore visus conditionate est, si adhibetur, extrinsecè decretum seu præfinitionem illam consensus afficere necessario: vt quid necessario, & essentialiter, vel subsequens vel præsuppositum extrinsecè hinc præfinitionis de qua disputamus cum consensu præfinito, siue conditionato conditionatam, siue absolute purificata conditione absolutam, ratione scientiæ, quam essentialiter, vel supponit, vel concernit opine quæstio.

tionis præsentis veritates omnes percussuerunt. Aliam vero intrinsecam connexionem essentiali præfinitionis cum consensu absoluto suppositi huius secundi, nescio, an satis affirmativè sententiæ Patroni vel penetrarint, vel attenderint: vt inde præfinitionis à se assertæ efficaciam, & connexionem totam cum consensu, seu libero effectu præfinito, eiusque libertate, non maiore difficultate, quam cum auxiliorum & scientiæ conditionatæ efficaciam, & connexionem eiusdem effectus, purificatam etiam conditione absoluta, in nostra doctrina libertas componatur, concordari posse censuerint.

3. Verum, ni intrinseca alia efficaciam, & connexio cum præfinito consensu in præfinitionibus hisce admittatur, quam extrinseca illa, quasi mutuo à scientia media, nempe & auxiliorum efficaciam per eam cognita de sumpta efficax intentio hæc consensus ab inefficaci per eandem scientiam mediam regulata intentione consensus, minime distinguitur: quod aduersarij non admittunt, nemque Theologus vel mediocris, non negant. Probat, quia in coniuncto hoc intentionis de se inefficacis consensus scientiæ mediæ eam de facto regulantis connexio scientiæ mediæ, & efficaciam auxiliorum per ipsam cognita, ac de facto intentionem illam extrinsecus efficiens inuenitur: ergo in aliam intrinsecam efficaciam de se præfinito, seu intentio tua efficax consensus habeat, nec aliam connexionem cum illo, quam extrinsecas illas ab efficaciam auxiliorum, & connexionem scientiæ mediæ & extrinsecus solum acceptas, intentio efficax ab inefficaci per scientiam mediam regulata, quod efficaciam, & connexionem cum consensu minime differt. Dices intentioni inefficaci per accidens esse scientiam mediam regulari efficaciam per illam regulari necessitatem esse. Contra tamen est: quia ni intrinsecum aliquod prædicatum efficaciam, aut connexionis intrinsecæ assignes in voluntate, seu intentione tua efficace quod in inefficace non est, efficaciam tuam debere potius, quam inefficaciam scientiæ mediæ regulari nulla verisimilitudine probare poteris: eis siquidem prædicatis ab intentione tua efficace seclusis, nil proflus in ea remanet potius, quam in inefficaci, quod scientiæ mediæ directionem, ac regulatorem requirit: immo ex hac speciali necessitate huius regulantis per scientiam mediam, vt intentio tua efficax à Deo concipi, quoad sui intrinsecum possit, intrinsecum eius aliquid prædicatum speciale ipsius demonstratur, ratione cuius ea regulatio ad illam à Deo concipiendam opus sit; alioqui regulatio illa per scientiam mediam, vt secundum intrinsecam omnia intentio ea conciperetur, et si possibile sit, necessaria tamen non esset, vt patet: speciale autem illud prædicatum nihil aliud est, quam differentiale ea voce efficax significatum, quo ab intentione inefficace differt: quare ultra extrinsecam denominationem efficaciam ab extrinseca efficaciam mediorum, & connexionis extrinsecæ cum consensu à connexionem scientiæ mediæ, qua necessario per te regulatur efficaciam & connexio alia intrinseca intentioni efficaci cum consensu assignanda asserenda & supponenda est, quod si alia non assignetur, quam mediata ratione scientiæ mediæ, quæ supponitur, & mediorum apponendorum ex ea præfinitione, quæ concernit: sicut hæc antecedenter inefficacia sunt, atque cum effectu negatione esse entitativæ, & secundum totum intrinsecum sui possunt, ita & præfinito esse sine effectu præfinito absolute, & antecedenter poterit, ac erit natura sua absolute irritabilis: sicut auxilia, quorum tantum connexionem per hoc extrinsecus, & mediata connectitur cum effectu præfinito: siquidem eadem ipsa connexionem, & efficaciam respectu auxilij immediata, respectu præfinitionis mediata, nequit fortis, indissolubiliusque præfinito, quam auxilium effectui præfinito vniri, atque connecti.

4. Probat, vltius, quia efficaciam præfinitionis seu intentionis efficacis consensus, illiusque cum hoc in statu absoluto connexio absoluta sunt: vbi primum ea intentio efficax consensus à Deo habetur, quin expectanda sit purificatio conditionis, seu mediæ absolute potius, per decretum eius executium per hoc verè intentionaliter posterius: atque connexio scientiæ mediæ regulantis ipsam, vel electionem mediorum ex illa,

atque efficaciam auxiliorum de se indifferentium ante absolutam positionem mediorum per posterius intentione illa decretum non est, nec effectum, adhuc logica sua illatione absolute deoult; & concernit: ergo efficaciam, & connexio illa intentionis efficacis cum consensu diuersa ab efficaciam, & connexionem extrinsecam auxiliorum efficaciam nostræ scholæ, & scientiæ mediæ est, atque intentioni efficaci, seu præfinitioni consensus propria, & intrinseca. Denique idem suppositum probatur: quia intentio, seu præfinitio illa efficax consensus, omnium de præsentis quæstione disputantium sententia, ita determinat ex parte actus primi Deum ad electionem mediæ efficacis, huius determinate, si vnicum adsit, vel alicuius ex pluribus, si adsint efficaciam plura, vt ad huius, vel saltem alicuius electionem, & executium decretum libertatem ipsi proximam non relinquat: atqui nulla intentio potest de se agere agens vllum liberum ad mediæ efficacis electionem, ita, vt in mediæ efficacis electione, & executione proximam libertatem non relinquat: ergo intentio Dei efficaciam, seu præfinitio consensus est intrinsece efficax, ac subinde intrinsece connexa cum consensu, nec solum extrinsece à mediorum efficaciam & scientiæ mediæ connexionem, quas supponit, vel concernit: quare reuertitur alter apud affirmantis sententiæ Doctores familiaris (nempe intentionem efficaciam seu præfinitionem consensus, nec maiorem in illum efficaciam, & connexionem; immo neque aliam, quam mediæ, seu auxilia efficaciam & conditionata scientia, quam concernit: habere) præclusus manet. Supposito hoc 2. sicuti & aliis illis acque familiaris primo, ideo enim ex instituto vtiuisque probationem suscepit, ne acque vocis vtrumque locum superesset vllus. Totā ergo de re controversia est: An quia præfinitio, seu intentio efficax consensus cuiusvis, vel alterius effectus liberi scientiam conditionatam, ac mediā indifferentiam de se, solumque extrinsecus efficaciam essentialia, sua vel supponit, vel concernit, ac proinde obiectivè à libera absolute consensus ipsius positione pendet, non secus, ac futuritio conditionata, eiusque scientiæ mediæ, quas supponit, vel concernit, ea præfinitio, eiusque intrinseca efficaciam, & connexio à nostro tandem absoluto consensu in sui absoluta positione pendat? ita, vt à nostra libertate, eiusque in exercitio apponendi absolute effectum præfinitum poterit pro natura priori impediri, ne fuerit: ac proinde absolute libertatis nostræ exercitio, quod supponit, nequeat officere: sicuti eadem de causa, nec auxiliorum efficaciam, nec scientiæ, nec scientiæ mediæ intrinseca infallibilitas nostræ libertatis exercitio non officunt, quod eodem modo ad sui positionem supponunt. Quo circa miror Recentiores Complutenses, & sepe à nobis impugnatos, aliosque in nostrorum auxiliorum efficaciam, & scientiæ mediæ, eiusque infallibilitatem cum nostrarum operationum absolute libertate componenda veratissimos, non aliter præfinitiones hæc cum nostræ operationis absolute libertate componi posse iudicasse, nisi admittendo præfinitionis eius iam positæ, atque à Deo conceptæ intrinsecam frustrabilitatem: negandoque subinde intrinsecam eius efficaciam erga consensum præfinitum & intrinsecam cum illo connexionem: quod cum prædicato seriæ, & efficacis voluntatis diuinæ repugnat: de se se nimirum frustrabilem, & sine effectu præfinito tempore, quo præfinitus est, posse absolute subsistere: quia enim natura sua ea præfinitio infrustrabilis absolute est, atque efficax, & cum effectu præfinito connexa, scientiam mediam debet natura sua, vel supponere, vel concernere: quod si sibi in scientiæ mediæ omnino intrinsecam infallibilitatem necessario admittant, eamque; et si in sui positione ab exercitio absolute nostræ libertatis pendat, semel tamen positam falli non posse aiunt, ac proinde eam fallibilem absolute esse mordicus negant, negareque Catholice debent: idem ipsum de præfinitionis intrinseca infrustrabilitate, quæ eius efficaciam, connexionemque intrinsecam cum effectu innititur dicere debet: atque eo solum intrinsecam præfinitionis infrustrabilitatem, & connexionem cum effectu præfinito non officere huius libertati, quia sicut infuistrabilitas scientiæ, & efficacis auxilij consequens solum est, ob dependentiam futuritionis conditionatæ (quæ efficaciam

efficaciam auxilij constituit & ad scientiam mediam supponit) à consensu ipsius absoluta futuritione: ita etiam, & præfinitio, cuiusque intrinseca infirmitas. Quo super tota quaestione huius concenterit erit.

6. Potest autem consensus liber tripliciter à Deo efficaci intentione Dei præfinitibilis cogitari, vel secundum se, & substantiam solam consensus præfinitendo à mediis, atque etiam à consensu, seu effectus libertate: quæ intentio efficax, seu præfinitio præfinitiva apud quaestiones huius disputatores nominatur: vel præfinitendo simul media, seu auxilia, quæ habitura effectum conditionatè per scientiam præcognita à Deo sunt: vel ante medium electionem è suæ omnipotentiae comprehensione scit Deus sibi certo aditura, & præfinitenda. Primus modus præfinitendi per media libera scientia media (quam debet proinde supponere) regulatur. Secundus modus per illa præfinitendi effectum liberum scientiam mediam non supponit, sed solum eius effectus, & libertatis eius possibilitatem, & omnipotentiae diuinae extensionem, & amplitudinem totam, in qua auxilium aliquod contineri, cui quantumvis rebellis) creata voluntas consensura sit, si detur certo nouit, est pro eo signo, cui determinate consensura sit, non præfinitat: sed tamen scientiam mediam pro posteriori adituram sibi ante electionem concernit: quia intentio efficax, seu præfinitio est effectus liberi per media, quæ habitura effectum sunt, si donentur & pro posteriori signo infallibiliter à se cognoscenda præfinit: unde ad aliquod ex illis, si plura sint, eligendum, atque apponendum ea intentione, seu præfinitio effectus liberi determinatur Deus. In hoc autem secundo modo præfinitendi efficaciter effectum liberum per media efficaciam, ac non aliter obtinendum siue præfinita scientia media siue pro posteriori connotata, aduerte præfinitio, siue intentionis efficaciam media ipsa voluit prætergredi debere, atque effectum ipsum pertingere, ut locus quaestioni sit iuxta suppositum 1. num. 1. Tertius modus præfinitendi siue efficaciter intendendi effectum liberum cogitari in Deo potest: quo, non solum substantiam effectus, sed & libertatem eius efficaciter intendat, eumque, ut liberum etiam præfinit: quod, vel supposita scientia media dirigente, vel solum connotata ut diximus in secundo modo fiat: & quidem tertius hic modus nihilo præter voces à secundo modo differt, differuntque vnus, & alter primo, non solum obiecto (quod primi sola effectus liberi substantia est) sed in supposito one, vel connotatione necessaria scientiae mediae ad postremos duos, ut dixi, quia ad præfinitendam substantiam solam effectus nec scientiae mediae directio, nec connotatio necessaria est: immò nec ad illum ita præfinitendum potest deferuire magis quam ad vnum aliquid præfinitendum scientia alterius deferuiat.

7. Iuxta hos igitur modos tres vnuersum affirmantium possibilitatem præfinitionum erga effectus liberos creatos sententias apud nostrates inuenio. Prima eorum, qui illas regulatas solum per scientiam mediam admittunt, quia Deus propriè ad præfinitionem concipiendam media indifferentia effectum autem liberum habitura si apponantur, præuideat: atque ita demum per media illa, atque liberum effectum fore præfinitat atque efficaciter intendat: post modum verò ex iis necessario aliquid (si plura sint) eligat: deinceps executionem decretum medi illius atque effectus tandem positionem exequatur. Huius sententiae Patrones ex antiquis referre extra rem erit, cum illi, quotquot ante Molinam eiusque coactores scripsere, est auxilia de se efficaciam concordare reiecerint, reiecerintque proinde scientiae mediae fundamenta firma; eam tamen non ita in terminis, ut aiunt, vel conceperunt, vel explicarunt, ut eius vnus ad res hasce facili esse posset: ex Bannistis Dominicanis scientiae mediae infensis hostibus, est pro affirmatiua præfinitionum parte citari plures, vel omnes possent, eorum tamen, quia difficilior, patrocinium respuit opinionis huius Author Soarius noster 3. de auxiliis cap. 16. num. 2. eam docuit ipse cap. 17. & 1. de essent. prædestinat. cap. 8. num. 18. cap. 13. num. 9. Propter. de gratia cap. 1. à num. 13. & cap. 6. & 1. de consensu Dei cap. 16. & lib. 2. cap. 7. & opuscul. 1. de scient.

absol. futuror. cap. 6. num. 6. Tolet. in cap. 8. ad Rom. annot. 3. Salmeron tom. 4. part. 3. tract. 14. Henricus de fin. hom. cap. 1. 1. Peter. in 8. ad Rom. Soarius in cap. 9. digressi. de prædestinat. Curiel in cap. 1. ep. 2. Petri consens. 4. Mendoza Augustinian. quod lib. 6. q. 1. Scholasti. in 1. §. secundo loco. Alexand. Pefant. comment. in 1. q. 1. quæst. 23. art. 1. d. 10. & 11. Arrubal. 1. part. 2. 6. & 69. est medius inter Vasquez & Soarium vult videri. Guadados 1. part. controu. 4. tractatu 11. d. 2. sect. 1. Ruz citat. d. 3. & tom. de prouid. tractu 2. d. 6. ad 9. multa eruditione, & discursibus, est plures pro se scietas, qui de prædestinatione ad gloriam, & fidem ante præfinita merita solummodo loquuntur: eam vero intentionem efficacem, seu præfinitionem eorum effectum, neque esse vquam posse mordicus defendunt: eidem sententiae subscribunt Fasolus 1. part. tom. 1. quæst. 13. art. 1. dub. 1. Tannerus tom. 1. d. 3. dub. 4. assert. 3. Ariaga citata d. 3. & 36. Franciscus Annatus celebri Apologia sua pro scientia media frequenter supponit, sicuti & Borial Apologia simili contra Hieronymum Vives Dominicanum, Quiros tom. 1. de Deo d. 64. sect. 3. & tom. 4. de elect. ad gloriam, Complutenses, Marciani Recatores Nobiles quorum frequens in scriptis nostris memoratio, atque vno verbo Recentiores nostri sent omnes, qui doctrinæ Procerum in re hac Theologia nostrorum, præsertim Molinae, & Vasquij non satis insisterunt.

8. Secunda affirmantium possibilitatem eiusmodi præfinitionum, ex parte, prima consentit: quatenus præfinitiones regulatas natura sua per scientiam mediam admittit: quatenus vero sententia illa reliqua per scientiam mediam præsuppositam non regulatas respicit, ut impossibiles, ipsi contradicunt: siquidem & præfinitiones quæ scientiam mediam non supponunt, ut ipsarum directum, sed eam tamen natura sua connotant, & concernant pro posteriori signo certo adituram (quia, ut diximus, si Deus respectu cuiusvis quantum rebellis, voluntatis auxilia, quibus consensura sit omnipotentiae adest, & pro signo posteriori eorum, & consensu sub illis, scientiam mediam sibi adituram nollit eum consensum non præfinit) possibiles absolute, neque effectus præfinituri libertati absolute aduertat censet. Huius in terminis sententiae Patrones non vdeo; quamquam non dubitem primæ sententiae Doctores, si connexas hasce scientiae mediae pro posteriori signo ad futuræ præfinitiones fuissent meditari, eas etiam amplexuros, neque vltimos fuisse cum reliquis præfinitionibus vnuersum huiusmodi præfinitiones, ac illa ita per scientiam mediam regulata descendat: postea reuertent: certe Recentiores nostri, qui præfinitionem præfinitionem à mediis de se indifferentibus, & extrinsecus solum efficacibus, atque ad effectibus libertate decent, hanc sententiam omnino, vel admittunt, vel supponunt: siquidem ea tunc veroque simplicius præfinitionem suam præfinitentem descendunt: atque à superiori, quæcumque pro sua vienda cogitantur, clarescunt, & hanc secundam sententiam præfinitionem, & descendunt, & propagant ut ex descendis patet.

9. Tertia demum affirmantium sententia, ad illas præfinitionibus effectus liberi, ut talis, seu per media extrinsecus solum efficaciam de seque indifferentia descendendi, addit: possibilem esse præfinitionem proliu de se à mediis ita solum efficacibus, ac de se indifferentibus, atque effectus libertate, & scientia media, quæ Deus, nullo eorum attento, neque intento, in actum, seu effectus liberi substantiam ferat: dummodo illam per media de se indifferentia solum extrinsecus efficaciam, quæ ex ea intentione eligat, exequatur: in hanc sententiam incidunt ex nostris aliquot: in quibus forte à nobis laudati Marciani Recentiores eam maxime illustrant promoueruntque: vi enim erant ingenui acumine, & consequentiæ filo præstantes, eorum acutius viderunt principia fere omnia pro prima sententia, siue fundanda, siue ruenda à Soario, & assertis excogitata, huic etiam assensum, & promouenda inferuire. Nec dubito sententiam hanc à cunctis Theologis Dominicanis (Bannistis exceptis) qui pro parte affirmante præfinitionum harum compositionem

tem cum absoluta libertate effectus præfinitis referuntur virtute saltem traditam esse. Hi enim, cum scientiam, ut dixi, mediam non satis dispexissent, ac penetrassent, solummodo ex indifferentia, & indeterminatione mediorum à Deo eligendorum, quibus effectus intentus efficaciter, & præfinitus exequendus tandem erat, ut eius absoluta libertas saluaretur, eam ipsius intentionem efficacem, & præfinitionem divinam possibilem, & cum præfinitis effectibus absolutam libertatem compossibilem iudicant: sunt autem Doctores isti quam plurimi, quos singulatim non recenseo, quia eos citatos invenies apud Valquez, Suarez & Heriaz: recitatos etiam apud Ruiz & Falolum supra. Dico autem Doctores præfinitos citatos Maiorem, Gabrielem, Ogamum, Guillelmum de Rubione in 1. d. 40. & 41. Catherinum, qui eam præfinitionem ad iustitiam, & gloriam respectu quorundam eximie prædestinatorum (v. g. Deiparæ, Ioannis Baptistæ, & Apostolorum) admittunt: quo aliam anteriorem præfinitionem iustitiæ, & gloriæ, quæ pura prædestinatio cunctis prædestinatis communis non sit, & possibilem, & erga eos exercitiam recognoscunt. Nam Doctores alij, sicut, & Patres pro affirmatiua sententia citati electionem pro prædestinatione, quæ absque efficaci effectus intentione esset: per aduersarios potest, curantemque absque meritis nostris esse docent.

10. His omnibus sententiis quarta in hac questione sententia contradicit: omnem effectus liberi efficacem intentionem seu præfinitionem, quæ absolute eius positioni, & executioni præcedat, iudicans impossibilem. Pro hac a primo discipulo mei Theologi anno re exaltius quam sperare tunc possem, nullogue partium, sed veritatis (ut meum genus est) solius studio examinata fleti: tentatque ingenue, per amplius quadraginta annos, ac perpensis vtriusque rationibus, eutionibusque, cum ab alijs, tum à me pro vtraque parte excogitatis, in eadem sententia persisto: ac proinde ordinem intentionis, & executionis in decretis Dei efficacibus erga liberos effectus censco esse impossibilem. Hanc sententiam, præter citandos veteres, docuit Molina noster 1. p. q. 1. art. 1. 3. d. 1. m. 3. & 4. & in concordia ad q. 2. art. 1. d. 1. p. 1. art. 4. d. 1. Valentia in controu. lib. de prædestinatione. c. 3. & 1. p. q. 1. & vltim. vers. in vbi dilemmati, vel sum prædestinatus vel non (quod placeat in vite dissolutionem, & desperationem egit) satisfacere non posse fatetur, si electio efficax de se ad gloriam ante præuila merita admittatur. Valquez, 1. p. d. 89. tota assertens c. 2. doctisimè Hispania, Germania, & Gallicæ vias hanc sententiam probari: cui insitit d. 98. c. 10. & 3. p. d. 1. c. 10. & 1. Franciscus Turrianus, opuscul. de prædestin. Leonard. Lessius d. hac de re integra, assertens scilicet. 2. probat. 9. Alen. Albert. Magn. Bonau. & coetaneos à se Consultos Sapientissimos, Bectano 1. sum. Theolog. cap. 1. q. 4. Salas in manuscr. de gratia tractatu 1. d. 1. 4. sect. 2. referens Aureolum, Valdeni, Adamum, Medinam vtrumque, & Ludouicum Legionensem, & vltique ad Doctores triginta, ut ait Heriaz iam citandos, Albertus Pighius 8. de libero arbit. c. 2. Ruard Tapart. 7. §. Nec re ipsa. Hieronym. Osborn. de iustitia Ioanni. Ekius in Crisostomi. cap. 9. Card. Contareus apud Less. citat. sect. 2. Driedo de concordia liberi arbitrii, & prædestinationis p. 1. c. 3. ad 3. Bartholomæus Camerarius, Dialog. Cathol. cap. 1. Ioannes à Bononia & Franciscus Carthagen. tract. de prædestin. H. rize d. 7. cap. 5. num. 28. d. 1. 9. cap. 2. d. 3. capite 4. Gamachæ 1. parte, quæstione 23. cap. 6. alen. 2. Ioann. Præpositus ad 1. part. q. 23. art. 8. dub. 8. 1. §. 1. Alarcon. 1. part. tract. de prædestin. à cap. 6. & Magister meus Didacus Daza, quo nemo profundius non hanc penetravit.

CERTAMEN II.

Causa libera memorata definitio, & quantum ad rem hanc opus est, ab aliquorum ericis extricata.

1. Cum hic, ut diximus, quæstionem hanc vniuersim versemus: neque ad specialem quæstionem de efficaci antecedenti electione hominum ad gloriam, ut præmium & coronam ante absolute eorum præuila merita in tempestiue descendendum sit: ex generali principio de euerione libertatis effectus præfinitis per eiusmodi antecedentem ipsius intentionem efficacem agendum hic erit: in actis scilicet, atque ad controuersie prædestinat. remissis specialioribus principiis, quibus intentio efficacis, sue electio ad gloriam, & præmium, & coronam impugnari solet: ut autem id clarius ostendatur memoranda hic est statuta causæ seu potentie in actu primo definitio tom. 1. de Deo vno controu. 3. d. 1. q. 7. certam. 1. atque à Philosophis, & Theologis omnibus, præsertim nostratibus indubitata: Est enim Aluarez, & Tullius (vri eorum intererat) in dubium illam vocare voluerint alicubi, tandem eam absque viliis à se tentatis limitationibus admittunt, vel inuiri: ut ea quæst. iporum verbis recitari monstrauimus. Ea vero definitio sic habet: *quæ possit omnibus requisitis ad operandum potest absolute operari: vel non operari: ut, scilicet, causæ seu potentie liberæ essentia stet in absoluta eius ad vtrumvis indifferente potestate: cum autem indifferenti, ac indeterminate potestate in actu primo determinatio in actu primo, seu necessitas ex parte actus primi apponendi alterum determinat extremum, ac subinde non apponendi alterum cum ipso impossibile; aduertetur: fit ut omnis antecedens necessitas, & determinatio ex parte causæ & potentie in actu primo se tenens ad alterius extremi positionem vel negationem determinat causæ, & potentie in actu primo libertatem euerat: ac subinde, & effectus, qui à causæ suæ libertate in actu primo liber extrinsecus solum esse potest: inde absque controuersia etiam, sic libertatem, & causæ, & effectus proximam omnis necessitatis antecedentis atque ex parte causæ, & actus primi se ad effectum tenentis exclusionem includere.*

2. Est autem hic duplicis necessitatis nempe antecedentis (quæ & simplex, & absoluta à Patribus, & Theologis dicitur) & consequentis: & sequentis (quæ secundum quid, & conditionata dicitur ab eisdem) duplex rependa definitio, ut cuius generis necessitatem præfinitis actus inducat præfinitio, dignoscatur: an antecedentem potentie, & effectus præfinitis libertati aduersam, cuiusque proinde exclusio ex parte actus primi ad vtriusque libertatem debeat supponi: an sequentem, seu consequentem quæ neutrius libertati officiat: & quidem antecedentem, simplicemque, & absolutam operandi necessitatem Boëtius definit 5. de consolati. Prosa 6. vbi vtrumque distinguit eam esse *quæ cogit operari, sine incideri in opposito ibi exemplo: quod ipsum erit vniuersim loquendo, quæ cogit operari: quam definitionem eisdem verbis tradidit Anselmus 2. Cur Deus homo cap. 18. & 1. de concordia nostræ libertatis cum Dei præscientia, & prædestinat. cap. 1. à col. 2. tæque quæque atque iisdem locis periphrasi alia, atque alia, quæ causa est ut sit res: seu quæ facit rem esse, & cap. 2. quæ præcedit rem, & facit: sunt vero notanda illa Anselmi verba excitata col. 2. *quæ cogit vel prohibet rem esse, vel non esse, & sequenti c. 2. quæ cogit voluntatem ut faciat, vel ut fiat resistit: consequentis vero definitionem, iisdem Patres locis eisdem tradiderunt: quæ rei posteronem non præcedit: quæ non est causa, nec sitiscedens, aut prohibet, aut insuperabiliter resistit, ut res sit vel non sit: sed solum rei positionem sequitur. & supponit: quæque solum necessitas, quæ id quod est necesse est esse, nec potest non esse ex suppositione quod sit: quia esse**

ne non esse simul repugnat. Hæc è fufus recitatis horum Patrum testimoniis tomo primo de Deo vno controverfia 3. d. 1. quæst. 2. certamine 4. carplimus: quibus definitionibus concordant Patres omnes testimoniis plurimis datis eadem quæstione, certamine 1. 2. & 3. & plures etiam certamine quarto, & fequentibus, ubi argumentorum ab authoritate Patrum efformatorum certamine quarto adhibitis ab hæreticis, & Recentioribus Dominicanis Thomistis solutiones ab authoritate etiam Patrum difcimus.

3. Efti autem hæc ita, vt uniuersum fonant, certa, atque à nostris Doctores recepta primitus fuerint; iuniores ex Soaritis præfinitores subtiles, quoad exclusionem principij ex parte actus primi præfuppositi, & necessitatis causam ad vnum extremum (ob suam essentiali connexionem cum illo, & repugnantiam sine impossibilitatem principij illius cum extremo opposito necessariam, vt potestas proximè indifferens ad vtrumvis extremum, & causa in actu primo proximo libera seruetur, non adeo uniuersum accipiendam esse volunt: sed solum de exclusionem principij necessitatis influxum proximo, & proprio voluntatem ad alterum extremum; non autem mediâtè solum, proprium autem influxum vocant physicum, (ego autem pro ipsis addo etiam intentionalem, quale est obiecti, & cognitionis, ne eos angustiori loco adoriar) principiorum vero mediatorum, quantumvis de se determinatorum, & essentialia sua connexionum cum extremo altero, atque cum eius opposito impossibilitatem libertati, & causæ, & effectus liberi non offere, neque necessitatem operandi antecedentem, siue absolutè, & simpliciter talem, ipsi afferret: ceterum extremum hoc (quod aliis longè difficilioribus de incarnatione in via Vasquez etiam componendis cogitaueram primus) apertè contradicit definitionibus necessitatis antecedentis, & absolutè, ac simpliciter talis recitatis numero secundo ex Patribus: etenim principia omnia, quæ de facto prioritate naturæ effectum, siue extremum alterum, quouis gradu, etiam remotissimo, præcedunt, etique de se, & entitate sua ita connexa sunt: vt sine illo, vel cum opposito extremo esse in se repugnet, habent, afferuntque extremi, cui ita connectuntur, necessitatem, quæ illius positionem præcedat, prohibeatque, ac resistat eius oppositum extremum, siue contrarie, siue contradicte: esse: ergo principia mediata, quæ de facto, etiam remotissime, præcedunt connexa de se, & entitate sua, cum altero extremo, atque impossibilitatem cum extremo opposito, habent, afferuntque antecedentem absolutam, ac simpliciter talem illius extremi necessitatem; ac subinde eorum, nec solum principij proximè influentis exclusio supponi ad potentiam, seu causam liberam prorsus debet. Confirmatur: quia omnis necessitas essendi effectus cuiusvis ex Patribus Philosophis, & Theologis omnibus, vel est consequens, vel antecedens: quin tertia, seu media alia necessitas illius agnita hæcenus ab aliquo fuerit: atqui necessitas effectus ex principio remoto connexo de se se cum illo, & impossibilitatem cum extremo opposito proueniens, non est necessitas consequens: ergo est antecedens: & cuius proinde exclusio ad libertatem proximam causæ, & potentie liberæ, ac subinde effectus liberi debeat ex parte actus primi supponi. Probatur minor: quia necessitas consequens ex Patribus Theologis, & Philosophis est: quæ rei positionem non præcedit sed prouenit ex suppositione, quod res vel effectus sit: seu quæ id, quod est, quamdiu est necesse est esse: quia esse, & non esse simul non potest: alii necessitas effectus ex connexionem essentiali principij remoti cum ipso non prouenit ex suppositione, quod effectus in se sit, nec est necessitas sola, quæ id, quod est, quamdiu est, necesse est esse: quia nequit esse, & non esse simul: ergo non est necessitas consequens, vt in minori allumebatur.

4. Probatur tertio. Nam prædestinatio non solum apud Patres, sed apud rationales omnes, principium, & causa remota est, cum boni operis, tum, remotior adhuc, gloriæ, ad quam per illam prædestinantur rationales creature: & tamen Patres non inde eam cum libertate consensu, & gloriæ per illum obtinende à prædestinato conciliant, quod remota eorum causa; &

principium, nec proximè influens sit, sed prædestinatio eorum positionem nullatenus absolutam necessitatem præcedat, sed potius liberam eorum à prædestinatio absolutam positionem sequatur, nec faciat, eger, aut resistat, vel prohibeat eos effectus ex parte prædestinati non absolute, vel non potest, vt ex Boethio, Anselmo & Patribus reliquis recitabamus: ergo ex remotione principij connexi cum effectu inducentique necessario illum ratione connexionis essentialis cum illo, & impossibilitatem cum extremo opposito non saluatur causæ, & effectus mediati libertas: confirmatur & probatur quæto: ex Patribus cunctis, qui fatalem præfinitorem Philosophorum necessitatem, & hæreticorum prædestinationum respuerunt & constanter impugnauerunt, vt scolasticorum operationum libertatem asserant: cum tamen verum, & hæreticorum prædestinationem principia remota esse, & ab hæreticis, & Philosophis, & à Patribus eos impugnantibus indubitato cognoscitur: quare necessitatem effectus ex principio, & causa remota, nec proximè influente allatam, & inducentem cum eam, & potentie proximæ libertate pugare, vt exploratum de se, ac terminis ipsis notum supposuerunt, & quibus subtilius idem Recentioribus ita distinguunt, & Soario principium hoc uniuersum, etiam, vt necessitatem ex principio remoto venientem comprehendit, cuiusque necessitatem exclusionem ad libertatem proximam causæ, & effectus adeo per se notum est, vt eius reuerentia Soarius subobliuiscitur, Recentiores autem expressius, vt consensu, seu effectus efficaciter inueniunt ac præfinitum absolutam demum tueantur libertatem, antecedentem intentionis, ac præfinitorem diuinitatibus fati absurdè, & iniuncte illam efficaciam repugnantem admiserunt. Quinto cum doctrinam impugno: quia ratio impediendi alterum extremum ex parte actus primi, ac proinde causæ proximam libertatem, etiam in principio proximè influente determinatur, & determinante ad vnum extremum, & impossibilitatem cum extremo opposito inueniatur, de se tamen abstractit: siquidem ratio impediendi ex parte actus primi vnum extremum abstractit ab influxu immediato in oppositum extremum: vt patet in impedimento compediti in loco, quo est influxus physicus, nec cauatur, nec conferunt; & tamen ad quietendum, & ambulandum potentie progressus, & alterutrum aspectus libertatem ex parte actus primi aboleret: eo præcisè, quod ambulantium acutum, quieti oppositum prohiberet, & impediret idcirco Anselmus, Patribus reliquis consensu, super citatus, non solum dixit prædestinationem non autem necessitatem absolutam effectus quia non agit, nec resistit, sed quia, nec prohibet, nec resistit rem esse, vel non esse: quibus aliud impedimentum ex parte actus primi libertatis potentie, & effectus diuersum ab influxu proximè, puerque impeditum ac resistitum alteri extremo distinguit, & agnoscit.

5. Probatur quarto uniuersali argumento à priori: quidquid est impossibile per aliquam naturam positam, nequit fieri possibile per aliud ipso natura positam, nisi per posterius hoc auferatur illud prius, vel ab eo id, ratione cuius ipsum reddebat impossibile: aut ex efficacia, & necessaria connexionem causæ remotæ cum vno extremo, redditur alterum extremum ex illo, & per illud prius absolute impossibile: ergo, nisi eius principij remoti (seu, quod est idem, ipsi identificate connexionis cum effectu opposito) ablatione, nequit eius oppositum esse absolute, & antecedenter possibile: ergo illius principij remoti, ac necessitate connexionis ipsi identificate exclusio requiritur ad proximam absolutam, & antecedentem ablatum, ad proximam oppositi possibilitatem: quod ipsum est requirit exclusionem principij remoti necessitatem se connexi cum effectu ad absolutam, seu, libertatem indifferentem ad vtrumvis potestatem, seu, libertatem in actu primo. Quinto probatur conclusio, & demonstratur quarti argumenti antecedens: ex quo legitima, & irrefragabilis erat eius consequentia: quæ indifferens potestas proximè influens principij ad vnumvis extremum persistente principio remoto de se necessario connexo cum extremo altero, ac subinde interducatum

& repugnante de se cum eius opposito, est potestas ad coniungendum duplex contradictorium: nempe, extremum alterum impossibile cum principio illo remoto, vel cum effectu, cui hoc essentia sua connectitur, quæ non physica ad vitæ potestas, sed prosus chimærica est: quare, si sit ex parte actus primi principium illud remotum, exclusum, vel à principio illo proximo in sui existentia dependens, nec aliter, nisi eius exercitio positum, nequit non, & principij proximi, alias indifferens, atque effectus libertas aboleri. Dices primo necessitatem illam effectus, & impossibilitatem extremi oppositi esse remotam, cui non contradicit, nec repugnat, nisi remota indifferencia, & possibilitas extremi oppositi, non autem proxima indifferencia, sicuti neque differentie remotæ causæ de se liberæ ad vitæ, repugnat proxima necessitas illi ex determinatione, & connexionem necessitatis principij proximi cum extremo altero superuenientis. Contra tamen: quia id, quod de se indifferens est idem ipsum in se manens potest extrinsecus, & ex accidenti impediri, ac indifferenciam, seu libertatem in actu primo absolutam amittere, quia intrinsecam suam perdat entitatem, siquidem ultra hanc impedimentorum exclusionem ex parte actus primi ad alterum extremum requirit, ad absolutam ad vitæ potestatem; aut principium quodvis de se, & essentia sua connexum cum altero extremo, & cum eius opposito impossibile, quædam in se manens, nequit non & illi connecti, & huic repugnare, & cuiusvis extrinseci adiunctione, magis, quam ex eius adiunctione suam essentiam mutare, & amittere, ac sine seipso esse.

6. Evasiones alie de connexionem præfinitionis non ratione sui sed mediorum proximiorum de se indifferenciam, quibus exsequendis proximè est effectus liber efficaciter intentus ac præfinitus: quæ logica solum est, non physica; ac proinde, nec ex parte actus primi natura præcedens, vt libertatem in actu primo absolutam impedit magis, quam auxiliorum efficacia, & scientia media, quæ intentio, & præfinitio illa regulatur, diffunditur ex certam. i. ad num. 3. ubi ostendimus præfinitionem eiusmodi, essentia etiam sua regulatur per scientiam mediam intrinsecam absolutam efficaciam habere, & ratione illius essentiale connexionem cum effectu præfinito; nec solum extrinsecam illam efficaciam, & connexionem, quam ex efficacia, & connexionem logica mediorum, & scientie media, quæ natura sua regulatur, supponit, quaque proinde extrinsecus afficitur. Evasiones autem istæ confundere volunt intrinsecam hanc connexionem præfinitionis cum effectu præfinito intentionem, cum connexionem illa extrinsecam mediorum secundum se, & executivam, cum tamen valde diversum sit id, quo irresistibiliter connectitur natura, & essentia sua, ab eo, per quod mediatur exequitur. Alia item solutio quod à scientia media in sui positione præfinitio illa pendeat: ac proinde possit atque, atque scientia media, purificata etiam conditione, ab exercitio absolute libertatis impediri: quare nec magis eius necessitatem, & connexionem posse natura & causalitate absolute præcedere effectum præfinitum, quam scientia media & purificatio conditionis ipsam absolute præcedant principium, quod fuscè hæcenus à numero tertio statui-mus de necessitate exclusionis principij remoti de sese necessario physice, & intrinsecè connexi cum altero extremo indifferencie, non debilitat; sed negat tale principium esse præfinitionem consensum; cum sit à potentia absolute impeditibile, ac proinde, & eius intrinsecæ connexionis: quare, nec fit adhuc remota illa sua prioritatem effectum præfinitum absolute ordine natura, & causalitatis antecedens. Hoc inquam principio huic hostio, quod de necessitate natura præcedente, remotè etiam est, aduersum non est, sed diversum effugium: quod adhuc intrinsecè, & essentiali connexioni eius quod effectus, alias libero, absolute quovis natura gradu præcedit, minime satisfaciatur. Ne vero ex præsuppositione efficacie mediæ indifferens de se, & scientia media præsuppositæ extrinsecæ solum connexionem errorem quis, vel æquiuocationem, vt ideo dependentem in sui absoluta positione præfinitionem ab exercitio absolute libertatis in præfinito effectus appositione, non secus ac scientia media ac conditio-

Christoph. de Ortega, de Deo Vno. Tomus II.

nata eiusdem effectus futuricio, patitur: ac proinde eius antecessione absolutam potentiam & effectus libertatem non magis, quam scientia media eam præfinitionem regulantis, ledi posse: principium aliud æquæ certitudinis, ac præmissa reliqua, statuendum est.

7. Suppono ergo demum: præsuppositionem futuritionis conditionatæ contingentis, ac scientie mediae de ipsa satis non esse, vt in quavis alia rerum, & conditio-nem peritiam, & hypothesi contingens illud futurum sit, si enim in hypothesi alia ponatur cum principis illis de se cum alteruto extremo comparabilibus ac indifferencibus, aliquid aliud connexum essentia sua cum altero extremo determinatè, & impossibile cum alio extremo illi opposito, contingens conditionatum extremum illud, cui illud aliquid in hypothesi additum connectitur, minime sub ea tota hypothesi erit: etsi sub alia, cui connexum illud de se cum altero determinatè extremo non adesset, contingens conditionatum verè foret. Pater hoc de se, & in eo, qui non compeditur libere conditionatè quiesceret, si autem in hypothesi compedes etiam apponantur, non libere quiesceret conditionatè, sed quiesceret necessitati: item qui visendi amici carcerati causa esset libere carcerem aditurus, sub hypothesi quod lictoribus, & satellitibus comitatus, ne viam recusare posset, ac refugere, carcerem necessariò adiret, ac ingrederetur: item, qui sine prædeterminatione physica libere consentiret, sub illa consentiret necessariò: pono autem, vt affirmantium euasione locum obtineret, prædeterminationem ad consensum non esse paritè constitutum causæ liberæ creata in actu primo (vt Thomista volunt) sed supererogatoriè, & ultra necessaria principia ad consensum (vt affirmantes aduersarij cum pluribus possibile iudicant) à Deo concedi: quod autem proximum principium, ac non remotum consensum physica prædeterminatio tunc esset, parui ad præfens suppositum refert, vt patet: imò inane absolute est, vt constet ex dictis à numero tertio ad sextum inclusiue, inde verò aperte, & euidenter constat dependentiam futuritionis contingentis, & liberæ conditionatæ effectus cuiusvis, ac subinde scientie mediae de ipso, ab absolute effectus futuritione esse ab hac absolute futuritione ex purificatione hypothesi eiusdem, sub qua futurum conditionatè contingens, & liber effectus ille esset, ac fore conditionatè præfinitus per scientiam mediam fuit. Ratio est clara: quia, etsi ex purificatione alterius hypothesi non omnino eiusdem, vel saltem liber, effectus ille absolute non esset, futuricio tamen eius conditionatæ sub illa hypothesi, sub qua talis esset, nec omnino eadem purificata est, ac scientia media de ipsa, saluæ & constantis veritatis consistenter. Ergo tota dependentia futuritionis conditionatæ contingentis, & liberi effectus, ac subinde scientie mediae de ipso ab ipsius absolute libertate, & contingentia purificata conditione & illa ipsa hypothesi purificata prosus eadem, nihilo immutata, sub qua conditionatè contingens & liberum esset ac ita fore per scientiam mediam præfinitus est, solummodo esse potest. Pater consequentia: quia dependentia omnis alicuius ab alio, ab eo solum esse potest, quo posito: illud aliquid subsistit, & eo ablato aufertur: vnde fit, quod, si absolute purificetur, & apponatur ultra hypothesin ex indifferencibus principis, & conditionibus omnino compactam & sub qua contingenter conditionatè futuritus effectus visus est, aliquid aliud principium, seu conditio ex parte actus primi, & hypothesi purificatæ se tenens, & de se connexum, ac determinatum ad effectum illum, & hypothesi indifferenciam, & effectus libertatem absolute euertat, vt patet: manente tamen huius conditionatæ, sub hypothesi prosus, & adæquatè eadem libertate.

8. Quoniam verò & in statu absolute consensum, & prædestinatum, saltem providentia apponendum, & futuricio conditionatæ contingens sub tali auxilio, eiusque scientia media præcedit, quæ tamen ex parte hypothesi posita non sunt, vt ex prædeterminatione auxilium doneatur, eoque absolute posito ex continuo utriusque inferatur inuitabiliter consensus absolute futurus: explicanda est connexio, quæ in eo absolute coniuncto, quod absolute præcedit natura consensum cum

X 2 absoluta

absoluta huius existentia, intercedit: ne iuxta proximum notatum ex precedentia scientia mediae ad auxilij collationem, & consensum absolutum huius absolutae libertatis videatur eueri: in hanc difficultatem recens Theologiae auditor primus incidit: qua postea video Doctos, & acutos recentiores multum diuicari; cum tamen re penitus penetrata, nec parum vexarentur: etenim nec scientia media sola, nec coniunctum cum auxilij, & hypothesi indifferentis de se se purificationem cum absoluta effectus futuritione connexionem habet physicam: scientia enim media sola cum futuritione conditionata, quod obiectum ipsius praesuppositum est, connexionem solummodo habet: cum autem purificatione conditionis essentiam suam non variet, nec mutet eius purificationem absolutae effectus futuritionis ipsa secundum se non conuenit: ut nec illius accessu consensum absolutum scientia illa media formaliter representat. Sed nec coniunctum ex utraque: quia nec purificata conditio adiuncta connexa physice cum futuritione, adhuc conditionata, nec cum absolutae effectus est: unde, & coniunctum totum secundum omnem sui partem, & aequale sumptum de se se physice inconnexum est. Dices, etsi, tam scientia media, quam conditio purificata secundum se spectata nullam connexionem cum absoluto consensu habeant, atque in coniuncto illo inuariatae essentialiter persistant, tamen in coniuncto illo connexio aliqua est cum absoluto consensu, ut implicet siue hoc illud coniunctum physice persistat: ergo nil praestat argumentum. Respondetur negando suppositum antecedentis: etsi enim scientia media nullam omnino physicam connexionem cum absoluto consensu habeat essentia sua, quam, neque adiuncta purificatione conditionis representat; habet tamen cum consensu conditionato essentialem, ac subinde aliquam connexionem ratione illius, inchoatam, siue conditionatam, si purificetur conditio: logicam scilicet, ut eam conditio futuritio habet, cui scientia media connectitur, & quam ideo nequeat non mediate participare, & quae purificata conditione transeat in logicam connexionem absolutam. Tota ergo connexio coniuncti eius, ea solum connexio extrinseca ipsi est, quam habet futuritio conditionata cum absoluta effectus futuritione: quam quidem physice non infert; siquidem idem effectus physice, & entitativus est utroque statu futuritionis, solum, quoad statum, diversus: & statum quidem verificationis solum, non vere dependentiae, connexionis, & influxus, seu prioritatis naturae, quae eiusdem ad seipsum esse non potest. Itaque solum est connexio futuritionis conditionatae ad veritatem futuritionis absolutae posita conditione, logica, & consequentia: quatenus futuritio conditionatae veritatis prioritate, maioris universalitatis prior, quam absoluta futuritio, purificata conditione ab absolute futuritionis veritate obiectivae priori pendet: ideo enim futuritio conditionata contingens est: quia purificata conditione absolute contingens erit; non autem contra: unde, cum conditio purificetur, (quo solum casu praediari absolute contingentis libertati poterat) status conditionatus consequens est, & absolutam contingentis libertatem supponens, cui proinde nequeat officere.

9. Hinc apparet scientiam mediae praecessione, cum ordine praedestinationis consensum de facto auxilium effectusque contingens a Deo absolute obtineretur, nullatenus huius absolutae libertati obesse, nec hypothesim, quoad contingentiam effectus immutare: cum prorsus, quatenus physice ad ipsum praecedit, & conducit, indifferens sit; neque ex eo, quod ex scientia media donec auxilium diversimode voluntate in ad consensum moueat, ac sollicitet, atque ex simplici intelligentia donatum ad eundem sollicitaret, & moueret: quare, etsi utilis, ac necessaria scientia media sit ad Dei praedestinationis securitatem, ac praedestinationis infallibilitatem, & certitudinem; ad effectus vero contingentis influxum, & libertatem absolute illius positionem impertinenter se habet: ac proinde, quoad eius contingentiam, siue conditionatam, siue absolutam, non magis variat hypothesim, cui additur, vel aufertur, quam si eidem hypothesi addatur hominis, liberè sub ea hypothesi consensum, gladius vel galerus, nihil prorsus in eum con-

sentum influentes: cum autem coniuncti ex scientia media & conditionis absolute posita, & purificata cum effectu connexio intrinseca non sit, sed extrinseca a futuritione conditionata, ubi purificata conditio est, motu accepta, immò eadem, nihilque diversum, ut dicimus, & patet, quia è sola futuritione conditionata, & purificatione conditionis ex scientia simplici intelligentiae eadem ad futuritionem contingentis absolutae consequentia deducitur, atque ea logica solum & consequentiae connexio, & necessitate solummodo consequente & ex suppositione absolutae contingentiae effectus sit, (ut etiam ostendimus) sit plane eiusdem effectus libertati derogare minimè posse. Derogare vero quantumque necessitatem, & connexionem physicam intrinsecam, atque identitatem cuiuscumque principij, aut conditionis physice antecedentis, naturaeque & causalitatis prioris; quae omnia notata, ad veram quantitatē huius, & aliarum difficultatum affinium in schola nostrae principis, decisionem habenda praeculis semper sunt: sed aiunt tamen acutuli, nescio qui; physice causalitatis connexionem ritè, recteque coniuncto illi scientiae mediae dirigentis auxilij collationem, & absolutae positionis, & existentiae auxilij denegari, in nostris principis, cum absoluto consensu, at vero absolutam physicam coniuncti illius realiter à consensu absoluto distincti connexionem negari à sano homine minimè posse: cum nil aliud physica connexio cum alio realiter diuerso sit, quam, illud siue hoc esse physice non posse: ac subinde ex illius physica existentia legitima illustratione huius existentiam physicam inferri: quod in coniuncto scientiae mediae, & purificationis conditionis aperte inuenitur: id autem siue connexionem physice causalitatis reperiri in coniuncto illo posse respectu absoluti consensum patet; siquidem in praesentia absoluta (& mille aliis) physica cum sui obiecti absoluta futuritione connexio, non autem physice causalitatis inuenitur: verum in his, quae quovis gradu natura praecedunt connexionem physicam quae causae, seu causalitatis cum posteriori, & effectu non sit impossibile esse hactenus ostendimus neque praesentiae exemplo, quae suo obiecto posterior est, vltimo alio poterit, adhuc apparet instari: distinctio autem physica extremi, quod acquirit sine physica alterius existentia physice existeret, si intrinseca ipsi connexio, & immediata cum illo sit physica esse coniunctur; focus si extrinseca, mediata, & ratione alterius, quod concernit, solumque logice cum extremo illo connectitur, ut de coniuncto illo respectu consensum absolute ostendebamus, docentque nobis omnes, qui necessitatem absoluti consensum in coniuncto illo inclusam, non physicam, sed logicam, & consequentiae vocant.

CERTAMEN III.

*Quarta sententiae negativae conclusio
prima contra praescidentem praesumptionem demonstratur.*

1. Si prima conclusio: praesentio praescidentis à mirabilis liberis, atque ab effectus libertate nec necessitatem mediam proinde concernens natura sua, vel, ut sui regulam supponens, effectus aboler libertatem. Probatur contra pauculos recentiores: quia posita praesentio praesentia nulla est in voluntate, siue agente libero potestas ad ponendam omissionem effectus ita praesentis ergo neque vlla in actu primo libertas, sed omnino necessitas, & determinatio voluntatis ex parte actus primi ad effectum ita praesentium: consequentia patet ex definitione causae, vel potentiae liberae datae, & explicata certam, secundo quae in potestate essentialiter constituta, & indeterminata ad vtrumvis essentialiter constituta, & determinatione ad vnum; atque impotens absoluta ad extremum alterum prorsus aboleretur. Antecedens

redens probatur: quia posita præfinitione non est potestas in voluntate ad ponendam negationem effectus ita præfiniti cum eius præfinitione, siue in sensu composito præfinitionis; alioqui carere effectu præfinito eius præfinitio posset: id quod intrinsece eius absolute efficaciam, & essentiali connexioni demonstratis certam. 1. à num. 3. contradicit, sed neque est potestas in voluntate ad ponendam effectus ita præfiniti negationem in sensu diuiso, nisi sensu Thomistico, & abusu; abunde à nobis impugnato tom. 1. de Deo vno, d. 3. quæst. vlt. & qui tantum est, atque, si non adsit ea præfinitio: quæ conditionata potestas est, non absoluta ad absolutum effectus libertatem requisita: & conditionata, quæ ex parte subiecti absolute, est ex parte obiecti conditionata, non adsit, solumque ellet, ex parte adhuc subiecti, si præfinitio abesset: unde euidenter potius ostenditur eam præfinitionem potestatem ad ponendam ita præfiniti effectus negationem prorsus euertere: cum, nisi ea præfinitio, sicuti, & quavis necessitate euertere libertatem causæ absolute sublata, esse ea potestas minime possit: ergo nulla est potestas in voluntate eiusmodi præfinitione posita ad apponendam negationem effectus ita præfiniti. Patet: quia ultra potestatem causæ libere ad ponendam præfiniti effectus negationem in sensu, vel composito, vel diuiso præfinitionis posita præfinitio ipsius, nulla potestas esse, exco- gnitive, nisi scilicet potest: iam vero, quod nec in sensu diuiso, non Thomistico, sed vero, & ad rem vtili, nulla sit posita præfinitione præfata ad effectus ita præfiniti negationem apponendam ex parte voluntatis in actu primo potestas, probatur aperte: quia eiusmodi potestas est potestas voluntatis ad auferendam, & diuidentem ad negationem effectus præfiniti, vel (propius loquendo) impediendam præfinitionem, ne ex parte actus primi fuerit per exercitum absolutum liberum suæ potestatis indifferens absolute exercitum in appositione effectus ita præfiniti: atqui hæc potestas nequit esse in voluntate: ergo nec potestas ad negationem ita præfiniti effectus in sensu diuiso præfinitionis non scilicet, sed vero, & ad rem vtili. Minor proxima probatur: quia ea potestas in sensu diuiso præfinito, seu impediendi ne fuerit ex parte actus primi, atque diuidenti ex parte illius antequam ex parte illius ellet, præfinitionem effectus præfiniti ad negationem eiusdem effectus præfiniti, solum esse potest cum præfinitionis pro illo priori posito, & antecessio ab eiusmodi exercitio absolute libero voluntatis in apponendo effectu præfinito pendet: atqui præfinitio omnino præfinitens à mediis libris, effectusque præfiniti libertate, adhuc conditionata, sub quavis hypothese effectus præfiniti scientiaque media illius, nullam dependentiam, imò nec dependentiam vmbriam, ab exercitio vilo libero voluntatis in apponendo effectu præfinito, non solum absolute (vt opus reuera est) sed nec conditionato in sui positione pro priori actus primi, & antecessio habet: cum ab his omnibus independententer eius præfinitio à Deo concipitur, & habetur: ergo neque est in voluntate potestas, in sensu diuiso vero, & ad rem vtili, seu diuidenti præfinitionem ad negationem effectus præfiniti.

2. Respondent primo Recentiores in voluntate esse potestatem coniungendi negationem effectus ita præfiniti cum sui præfinitione secundum se præcise sumpta, secus vt coniuncta cum mediis efficacibus: sicuti, & est ad negationem effectus liberi, ad quem quis à Deo prædestinatur prædestinatione sola spectata, secus coniuncta cum mediis efficacibus. Præclusa tamen solutio hæc absolute consensus de sese, mediisque inspectatis intrinsecè, atque essentia sua efficaciam, & connexionem physicam cum effectu præfinito habere, ac subinde cum eius negatione impossibilitatem, quam quidem prædestinationem non habet: quia effectus, ad quem prædestinatus, voluntas efficax non est, sed eius efficacia erga medium est, nec ad effectum, vt obiectum etiam efficaciter voluit, porrigitur: ac proinde solum rationem efficaciam mediorum, & scientiam media, cui ad sui instrumetum inmittitur, connexionem logicam, sicuti, & medium efficaciam, mediaque scientia, qua diiigitur ad

prædestinandum Deum, cum effectu absolute, solum modo habet, & quæ potestatem physicam absolute & simpliciter talem non lædat, quia consequens, ad huc cum mediis efficacibus coniuncta, solum est nec, si antecessio in eo coniuncto, vel præfinitionis, vel prædestinationis, & absolute necessitas, & connexio cum effectu præfinito, vel ad quem prædestinatur, & impossibilitas cum eius negatione admittatur, saluari eius libertas in nostris & certis principis potest, vt ex dictis tam hic, quam tomo primo, de Deo controuersia 3. disputatione prima, quæstione vltima, villatenus potest: quare responsio hæc ex eorum principiorum impenetratione procedit.

3. Idcirco laudari à nobis sæpe Recentiores subiles, & Commagistri nostri Marciani respondent: Non esse in voluntate potestatem coniungendi negationem effectus ita præfiniti cum eius præfinitione præcise sumpta, vt præfati Recentiores aiebant, esse tamen potestatem absolutam ad impediendam præfinitionem, ne pro priori suo natura poneretur, ac præcederet per liberam negationem effectus in sensu diuiso, quam primi non adeo acuti Recentiores negabant: ita vero Marciani potestatem hanc voluntatis ad negationem effectus præfiniti in sensu diuiso præfinitionis de se connexæ cum effectu, & cum eius negatione inconiungibilis mediatetur: est enim, inquit, ex prædicato intrinsece efficaciam eiusmodi præfinitio connexionem habeat cum medio efficaci: est indifferens est, vt existat cum medio intrinsece efficaci, vel efficaci solum extrinsece: solumque cum alterutro connexionem habeat: quare, & sine vtroque esse absolute nequit: in iis autem, quæ cum duplici extremo diuisum connexionem habent, dependentiam eorum ab eo extremo, quod de facto ponitur, admittenda est: præsertim cum vtriusque simultanea positio repugnat (vt in præfinito medijs natura sua efficaci, & natura sua indifferens, solumque extrinsece efficaci in ordine ad liberum effectum) vt patet in effectu, qui ab alterutra causa provenit natura sua debet, & indifferenter potest: quare, & alterutrum connectitur, & tamen ab ea, quæ de facto in ipsum influit eius existentia de facto pendet: scientia item visionis de existentia futuri, est non pendeat ab hac causa determinatè, cum ab hac, vel alia poni futurum, ac subinde eius visio posset: est de facto ab hac, quæ de facto futurum ponitur, & huius, & visionis eius existentia absolute pendet. Ratio à priori est: quia realis connexio diuisum, cum alterutro extremo, cum nequeat esse absolute ad indeterminatum extremum, ad vtrumque determinata sub conditione negationis alterius extremi ex oppositis est: quæ, subinde purificata conditione negationis vnius extremi, in absolutam connexionem, cum extremo altero determinatè, atque ab illo determinatè dependentiam transeat. Cum igitur præfinitio hæc præfinitens cum alterutro medio, vel natura sua efficaci, vel extrinsece solum efficaci à consensu, seu effectu libero, diuisum natura sua connectatur, seu cum vnoquoque ex illis determinatè sub conditione negationis extremi alterius, fit, vt, posita negatione medijs natura sua efficaci, cum solum extrinsece efficaci, quod de facto ponitur, connectatur determinatè, ab eoque pendeat: cuius efficaciam, cum per liberam effectus præfiniti omissionem tolli à voluntate antecessio possit, atque reddi medium illud inefficax, fit, vt præfinitio, quæ ei determinatè medio, cuiusque efficaciam de facto connectitur, à libero consensu, & effectu voluntatis, atque, atque medijs ipsius efficaciam, in sui existentia, & absolute pro priori natura positione dependeat.

4. Multa discursus hic subtilis Recentiorum, satis difficilia, mouet. Primum principium, & causam necessariam, connexionemque essentia sua cum suo effectu siue proximo, siue remoto (eiusmodi præfinitio, cum auxilij, tum effectus præfiniti est) posse ab illo in sui existentia pendere. Nec enim idem est eam causam seu principium sine eo effectu esse non posse, ac pendere in sui existentia propria dependentia ab illo, & reliquis, à quibus ille dependet. Alioqui potentia notionalis, personæque Patris proprie penderet à persona Filij, cui essentia sua connectitur, ita, vt esse sine illo nequeat

X 3 (quod

(quod hæreticum esse ostendimus controverſi. de Trinit. d. 2. quæſtion. 3.) nec citius Pater Filio, quam Filius Patri, Prior origine foret: quod eſt etiam erroneum. Secundo, cum effectus omnis poſterior natura cauſa ſua phyſice actiua, quoad exiſtentiam ſit: ac proinde ſue cauſe phyſice actiue abſolutam exiſtentiam (ſine qua ex parte actus primi cauſari abſolute nequit) pro priori nature ad abſolutam ſui exiſtentiam ſupponat: implicat effectus exiſtentiam abſolutam ad exiſtentiam abſolutam ſue cauſe ſupponi (vt ad veram dependentiam exiſtentie cauſa ab exiſtentia effectus ſui ſupponi oportet) quin poſterior natura ad prius natura reuocetur, & ſui cauſam, ſequè ſubinde ipſum, manifeſta, & multiplici contradicitione natura antecedit, cuius contradicitionis euidentia mutam cauſarum cauſalitatem in diuerſo etiam genere iidem Recentiores exhorrent. Tertio dependentia rei ab alio in ſui exiſtentia auxilij ab illo præſtandi indigentiam ad ſui exiſtentiam eſſentialiter in ſe illa ſupponit: vt de ſe patet, & controverſi. de cauſis demonſtrati cum Vaſquez contra Petrum Hurtado. Hanc indigentiam auxilij à ſuo effectū, proximo, vel remoto, nequit habere cauſa, etiam neceſſaria, de ſequè connexa cum illo ad ſui exiſtentiam: ergo nec dependentiam ab illo. Probatur minor, cauſa neceſſaria eſſentia ſua, vbi primum ſue eſſentialis connexionis eſt, & ſi mediata cauſa ſit, cauſas intermedias, non ſolum neceſſarias ad effectum, ſed à quibus immediata neceſſitate, & infallibilitate effectus ille, cui de ſe connectitur determinat, infallibiliter proveniat: ergo ſine indigentia auxilij ab effectū, vel intermedii cauſis, præſtandi, de ſe, ſuaque eſſentia habet ea omnia ponere, quæ ad exiſtentiam ſui ſimultaneam cum termino, ſeu effectū, cui connectitur, & ſine quo proinde eſſe non poteſt, requiruntur: quare quod ſine illis eſſe abſolute nequeat, non quidem indigentia cauſe neceſſarie connexæ eſſentia ſua cum effectū eſt (verbi gratia præſinitionis cum effectū præſinito) ſed potius incutiabilis, inſuſtrabilique natura ſua cauſe neceſſarie poteſtis impoſe ſe continendi ab effectū ſui productione: exempla vero Recentiorum ad oppoſitum ſuadendum ſumuntur ex effectū natura ſua diſiunctum connexi cum cauſis ſuis, quarum neutra determinat ad eius poſitionem neceſſaria ſit, ſed alterutra: reſpectu quarum dependentia eſſe optime poteſt, ac de facto eſt ab ea determinata à qua de facto producitur: in cauſa autem effectus, vel proximi, & immediati, vel mediati, & remoti, cui eſſentia ſua, ſive diſiunctum, ſive determinatè, connectitur, dependentia ab illo, vel determinatè, vel diſiunctum ſumpto, abſque contradicitione prædicta eſſe non poteſt: quare cauſe, & actionis ad effectum connexio abſolute dependentia ab illo à nemine hætenus dicta eſt: ſed cum addito dependentia à poſteriori: ſicut imago picta hominis ſolum cum addito *pictus* homo dicitur.

¶ Verum ad doctrinam connexionis realis phyſicæ, & intrinſecæ cauſe cum effectū, vel effectus cum cauſa alterutra diſiunctum veniamus: quæ quidem in cauſis, & effectibus pure realibus eſſe nequit: cum nullis pure realibus reſpectus ad terminum præſinitum, vel vagum eſſe poſſit, quem ſola ratio, non ſine figmento, inducit: cum nihil realiter, ac non pure intentionaliter præſinitum aut vagum eſſe in rebus poſſit: eſſi à nobis, qui eos terminos beneficio rationis intentionaliter inducimur, ea connexio cum duplici termino diſiunctum ſæpè ad diſputationes admittatur. Sed neque modo explicato à Recentioribus: nempe, connexio illa phyſica cum vtroque determinatè extremo conditionata eſt, cum vnoquoque ſub conditione negationis extremi alterius oppoſiti, id enim non minus implicat, quam rem pure phyſicam; & in ſe, ſuaque entitate abſolutam conditionatam eſſe, exempla nihil de intrinſeca pure phyſica connexione conditionata probant, ſed de extrinſeca ſolum dependentia, & cauſalitæ paſſiva grammaticali de facto ab ea cauſa, à qua de facto producitur; ex qua intrinſeca abſoluta connexio cum hac cauſa determinatè, à qua de facto producitur, cum aliæ abſint, à quibus produci poſſet, nullatenus inferatur. Alioqui, cum ab alio quam à

primo producente effectus conſervatur, intrinſeca eius connexio abſoluta, quare, & effectus alius eſſe deſiciente vel abſente eorum productore: nihilque eſſe, quod conſervaretur ex his quæ conſervari ſolam videmus; ſed ea omnia producerentur primo: & quis crederet etiam phyſicam conditionatam connexione rei intrinſecam ſola extrinſecæ cauſe negatione poſita in abſolutam rei eidem immutata intrinſecam, & eſſentialem tranſire: certè nimis credulo auditore ad fidem hæc opus eſt; cum & extrinſeca termini poſitione nouis relationibus res accidentalitè mutari agere à Deo à nonnullis deglutiatur: ſed quorſum connexio illa pure phyſica, & realis vnius ad plures terminos diſiunctum, & vage vnum, vel alium, vel conditionata ad eorum ſingulos determinatè ſi alij abſint, tanto, tamque debili molimine adſtruantur, videamus: vt ſcilicet voluntatem, ſeu præſinitionem Dei in medium, ſeu auxilium efficiat, vel natura ſua, vel ſolum extrinſecus à conſenſu, ſeu effectū libero ferri diſiunctum poſſe monſtrare: vel vt decretum ſeu eius connexione intrinſecam cum plurius terminis diſiunctum explicabatur Recentiores ad eorum ſingulos determinatè, ſed conditionatè ſub poſitione ſcilicet negationis alterius: id autem eſt non et falſis illis principiis vltro dabimus, qui cum voluntatem affectus ratione, & cognitione ducatur, quæ, & terminum vagum, & præſinitum & ſub hypotheſi Deo etiam poteſt proponere (vt controverſi. de Incarnat. ſæpè, vt probauimus, vel ſuppoſuimus) in ſic propoſitum obiectum, vel diſiunctum, vel conditionatè Dei voluntatem ferri poſſe libenter fatebimur.

6. Ceterum eo admiſſo diſcuſus totus Recentiorum non inferit connexione intrinſecam præſinitionis cum effectū præſinito, præſcindentis de ſe à mediis efficiacibus, vel de ſe indifferentibus, & extrinſecus ſolum efficiacibus, ac proinde indifferentibus, vt cum alterutrum alterutrinſque electione coniungitur, connexione ſolum medijs de ſe indifferentibus & extrinſecus ſolum efficiacibus, atque ab effectū ipſo abſolute, & antecederet impoſſibili, vel alia, adiuſtar huius connexionis intrinſecæ, cum effectū præſinito connectitur cum præſinito ipſe præſcindat à medijs, & effectus libertate, atque eius efficiacia in effectum ſecundum ſe feratur, non curata, neque attenda eius libertate, neque ſcientia medijs, cui ea præſinitio non dirigitur: nequit à medijs indifferentibus de ſe, (à quibus omnino in ſui efficiacia, & intrinſeca connexione præſcindit, quæque pro poſteriori nature eligit, & quibus effectum præſinitum exequatur benignitate, efficiaciam, & connexionem benignam cum effectū præſinito intrinſecam, & ab hoc, & efficiacia benigna medijs abſolute & antecederet impoſſibile trahere. Secundo ex neceſſitate, qua præſinitio de ſe aliterutrum medijs efficiacis, vel natura ſua, vel extrinſecus talis electionem Deum antecederet determinat, eadens eſt, eius efficiacia, & connexionem cum effectū præſinito antecederet, & ab eiuſmodi electione & medio benigne efficiacis abſolutam eſſe: quia, ni abſoluta, & antecederet præſinitionis efficiacia, & connexio cum effectū foret; de ſe ſe Deum ad alterutrum medijs efficiacis electionem non determinaret: nec niſi poſtea conſultione effectum abſolute inferret. Tertio: eſſi connexio præſinitionis intrinſeca, adhuc erga media, & eorum electionem, conditionata eſſet, quæ abſoluta reſpectu præſinito eſt, poſita conditione, ſeu negatione medijs nature ſua efficiacis, tranſire in abſolutam euidentem præſinitionis intrinſecæ connexio non poſſet, ſed alterutra efficiacis decreti abſoluti, abſolutam connexionem induceret: neque enim, quod eſſentia ſua fertur, effectus etiam, in obiectum conditionatum, idemque ſeri in abſolutum poteſt. Denique, ſi Recentiores illi, vt alij ſolum poteſt, connexione intentionis efficiacis, ſeu præſinitionis cum effectū præſinito ab illius in effectum influxu mediato diuiderent, in æquiuocationem, & fallacem hanc doctrinam, & adeo à naturæ principijs alienam conſuſionem minime inclinat, viderent enim influxum mediatum in effectum per media hæc, vel illa indifferentiter eſſe poſſe; ſecus autem influxum ipſum, qui à medio, & eſſentia ſua conſiſtit eſſe debet: quia illi ſe ipſo, & eſſentia ſua conſiſtit eſt.

7. Nihil ergo hæc discursuum machina argumenti nostri euacuatur: quod sic breuiter ostendo: id quod essentia sua præcendit à medio determinato, nequit in sui existentia pendere, tanquam à termino vi eius apponendo, à medio determinato: cum eo medio sublato, appositæque alio eius essentia actu persisteret; alioquin essentia sua à medio determinato penderet, si absque illo esse absolute non posset. At præfinitio præcendens, cuiusque efficacia, & connexio intrinseca cum effectu præfinito essentia sua præcendit à medio determinato de se indifferenti, & extrinsecus solum efficaci ab effectu libero, sic præfinito: ergo nequit in sui existentia ab eiusmodi efficacia, ac subinde ab effectu libero, tanquam à termino in sui absoluta positione, & existentia pendere: eadem vi repellitur præfinitio præcendens ex præfinitione, quam à scientia media habet: inde enim eius præcedentiam esse pure antecedentem, ac eius cum effectu præfinito connexionem, & necessitatem, quam causæ alias liberæ affert ad illum producendum, antecedentem & libertati aduersam esse absque ulla consequentis necessitatis vmbra (quam alij in suis præfinitionibus per scientiam mediam regulatis, tamen inuicem aucupantur): cuiusmodi est: si quid autem effugij ex scientia media, siue comitante siue per accidens supposita præcendens huius præfinitionis auctoribus tenetur cert. 4. occupabitur illud de benigna efficacia mediorum præcelsum omnino hic est. Aliud denique de principio remoto, præcendens, & non præcendens præfinitionibus commune, satis superque obtinuerimus cert. 2. à num. 7. denique ne viliam, etiam auiam euadendi viam expediam aduersariis relinquamus crassa quadam doctrina à nonnullis (quorum nomina honoris, & modestiæ causa reticeo, et si ipsi Typis prodiderint) ut principium meriti remotum posse sub meritum cadere desiderarent: atque inde difficultates quasdam Incarnationis in Valgiano decretorum eius ordine componere excogitaret, quæque præcendens, vel non præcendens præfinitionibus vi aduersarij posset, reicienda hic breuiter erit. Aiant enim causas, & principia remota effectus, causas, & principia per accidens esse ad effectum producendum: nihilque magis ad ipsum naturæ præcedere quam musica in Archetecto, vel Archetecto ad arandum, vel edificandum, vel pileus legentis ad stridendum: eis quippe exemplis causam per accidens Aristoteles non semel excipit.

8. Inde dici nunc posset: quemadmodum musica, & similes causæ per accidens nihilo modum operandi Archetecti immutant: ita etiam nec præfinitiones, cum causæ remotæ, & per accidens, iuxta eam doctrinam, sint, nihilo etiam modum operandi agentis liberi creati immutaret. Ceterum causam remotam non esse causam per accidens (de qua Aristoteles ibi) à suo Philosopho cogitari, nedum asserti nequit: cum causæ remotæ deest proximè existentiam, & virtutem, quæ immutaret se erga effectum habent, ac musica in Archetecto respectu adificij, & causæ per accidens ab Aristotele eo exemplo declarata. Secundo, si causæ remotæ necessaria, & essentialiter requisita ad proximè productionem sit: quia ratione per accidens, sicut musica respectu adificationis in Archetecto respectus effectus erit: cum ea deficiente; nec proxima causæ, nec eius effectus esse absolute possent? Si autem non essentialiter requisita: quia ab illa potest causæ proximæ produci; & tamen de facto ab hac produciatur, præcedentiam naturæ suo loco, & priori ad effectum de facto habet, atque atque essentialiter requisita causæ ad suum effectum: eoque solum differunt: quod essentialiter, & necessario hæc ad suum loco suo effectum, & priori naturæ antecedit; illa vero ex accidenti respectu sui effectus eam prioritatem naturæ sortitur: quia hic ab illa causæ esse æque possent. Id quod, & causæ proximæ non essentialiter requisitæ ad effectum contingit: nempe, ex accidenti respectu effectus ipsum naturæ antecedere; nec tamen inde causæ per accidens, sicut musica adificantis ad adificium est, sed vera causæ de facto effectus sui est; tamen ex accidenti causa illius sit: quod in eam doctrinam memoratos Doctores egi causam om-

nem, quæ ex accidenti talis vere est, cum causæ per accidens confundentes negaturos subinde Philosophicum illud, & rationis naturalis lumen notum axioma: quod est causa causa, est causa causæ.

CERTAMEN IV.

Conclusio secunda contra præfinitiones non præcendentes à mediis, & effectus libertate, & per scientiam mediam essentia sua regulatas.

1. Si negatiue nostræ sententiæ conclusio secunda. Præfinitio, etiam essentia sua regulata per scientiam mediam de effectu contingentem sub conditione mediæ de se indifferentis, extrinsecusque ab effectu ipso solummodo efficaci, est impossibilis vt potest absolute præfinito effectus, libertati contradicens. Probatur conclusio eisdem argumentis, quibus præcedentem certam. 3. impugnabamus. Omnis necessitas simpliciter, & absolute talis, vt sit effectus, seu absolutam positionem pro naturæ priori antecedens pugnat cum eius effectus libertate absolute: atqui necessitas præfinitio, per mediam etiam scientiam essentia sua regulata, est necessitas simpliciter, & absolute talis, vt effectus sit, & antecedens pro naturæ priori absolutam præfinito effectus positionem: ergo pugnat cum absoluta effectus præfinito libertate. Maior est Patrum, & Theologorum omnium axioma euidentis de se, & rationis lumine notum à nobis demonstratum tom. 1. de Deo vno controuersi, d. 1. tota ex scripturæ question. 1. ex Patribus question. 2. ex scholasticis, & ratione quæst. ult. Minor probatur: quia omnis necessitas præcedens effectus absolutam positionem: cognosque ex parte actus primi, & prioris naturæ, vel prohibens, aut resistens, vt sit, vel non sit effectus, est simpliciter, & absolute necessitas, vt effectus sit, atque antecedens naturæ effectus absolutam positionem vt vidimus cert. 2. atqui necessitas præfinitio est necessitas vt præfinitus effectus sit, quæ absolutam rei positionem præcedit, cognosque, vt effectus præfinitus sit, prohibetque, & resistit, vt non sit: ergo est necessitas absolute, & simpliciter talis, atque naturæ priori absolutam eius effectus positionem antecedens. Proxima minor probatur, quia necessitas absolute, & simpliciter, atque antecedens absolutam effectus positionem nihil aliud est, quam connexio intrinseca, & essentialis causæ cum absoluta positione effectus: ita, vt implicet causam absolute esse, quin sit effectus, quem proinde connexionem, & determinationem suam intrinsecus causæ efficacia, & connexionis necessitatis, & inextricabiliter pro posteriori naturæ apponit, ac deuoluit: atqui præfinitio intrinsecam habet efficacia, & connexionem cum effectu præfinito, cuius causæ est, ratione cuius, nequit esse sine effectu præfinito, quem proinde efficacia, connexionis quæ suæ determinationem necessario, & inextricabiliter deuoluit, & apponit; ergo habet in se ac de se affert antecedentem absolutam ac simpliciter talem necessitatem effectus præfinito.

2. Eodem fere recidit argumentum, quod expressius instruximus certam. 3. contra præfinitionem, præcendentem quia libertas causæ in actu primo, ac subinde effectus, (qui eius libertate ad vtrumvis solummodo liber in actu secundo extrinsecus est) essentialiter dicit potestatem indifferentem causæ ad effectum, & eius negationem, seu omissionem (si contradictionis libertas sit) nec determinatam ad vnum, vt vidimus certam. 2. numer. 1. Sed posita præfinitione effectus alias liberi (regulata etiam essentia sua per scientiam mediam) nulla est potestas agentis liberi creati ad negationem, seu omissionem effectus præfinito, siue in sensu composito, siue in sensu diuino vtili ad saluandam causam, & effectus absolutam libertatem, vt vidimus ibidem 2. ergo nulla est causæ, & effectus præfinito absolute libertas. Minor

probata est citato certam. 2. quid specialis effugij ex præsuppositione scientiæ media; qua ea præfinitio essentia sua regulatur, aut ex benigna mediorum extrinseca solum efficacia, libertateque, & contingentia conditionata effectus, quas ea scientia supponit huius præfinitionis assertores querant, videamus, & præcludamus. Aiant primo connexionem intrinsecam præfinitionis huius absolutam cum effectu absoluto absolute non esse, sicuti neque absolutam efficaciam, sed tantum cum mediis extrinsecis solum efficacibus in hypothesi præfinitis, quæque subinde irritabilis antecederet sit: effugium hoc præcludimus cert. 1. n. 3. ostendentes efficaciam, quare, & connexionem præfinitionis huius cum effectu absoluto ad ipsum effectum absolutum extendi, nec in mediorum præfinitionum absoluta positione sistere: ut locus questionis detur, quæ de absoluta præfinitione & decreto de mediis absolute apponendis tantummodo non est, sed de præfinitione, seu efficaci intentione, qua Deus effectum conditionate contingens, & liberum sub eis mediis futurum, & præfinitum, efficaciter velit absolute esse: ac proinde absolute effectum liberum cum intrinseca illa præfinitionis efficacia, & connexionem illa absolutam antecederent, naturæ, & causalitatis priori, absolutam effectus existentiam, & executionem omnino repugnat.

3. Nec plus præstat evasio alia: velle nimirum ea præfinitione, & efficaci intentione efficaciter Deum, ut sit, non solum effectus; sed per media illa de se indifferentia, efficaci æque benignæ, extrinsecus a futuritione contingentia conditionata effectus, sub quibus fore præfinitus est. Etenim in præfinitione, & intentione efficaci de se, & intrinsece connexa cum effectu, quæ ad eorum mediorum electionem præcedat, & moveat, vti communiter ab adversariis assertitur, locum non habet: siquidem ea intentionis efficacia, & connexio absoluta, etsi ex scientia efficacie mediorum benignæ à Deo habeatur, secundum se tamen formaliter media illa efficaciter non vult, sicut ex ea ad media efficacia pro posteriori eligenda determinatus maneat (nè efficacia intrinseca erga effectum intentum effectum carere possit: ac subinde efficacia de se, & essentia sua Dei voluntas frustrari) connexio tamen, & efficacia absoluta præfinitionis, & intentionis illius cum effectu ita intento, & præfinito natura sua, etiam antecederet infrustrabilis, & irritabilis anterior prioritate naturæ, & causalitatis electione illa mediorum efficacie benignæ apponendorum, aut electionis natura posterioris enollit, ac circumari nequeat, ut vidimus certam. 2. & 3. Secundo, utrumque, nempe finem proprie talem, & media qua talia unico actu, & eodem realiter in nobis & intentionaliter in Deo amari non posse ostendimus question. 1. certam. 3. toto; sed necessario intentionem propriam finis, & finem amatum debere electioni, & amori mediorum propriè ipsum præcedere. Quare cum id, quod finis respectu alterius ad ipsum conducentis de se esse possit, & simul cum vili hoc amatur, non quidem ut finis amatur, sed utrumque propter aliud quod non, nisi utriusque interuentu obtineretur: ut dicebamus de intentione gloriæ propter ærit: quia non, nisi cum splendore illo corone certamine, ac proprio etiam labore parte, cultis eam efficaciter intenta à Deo esset: & tunc libertatem meriti aboleret, cum ex connexionem, & efficaciam absolutam anteriore natura ad meritum, sine quo obtineri finis ille nequit, non esse minime possit.

4. Vterius vel intentio illa efficax, ac præfinitio absoluta effectus præfinitus, non per alia, sed per hæc, benignæ efficacie media adhuc retinet physicam connexionem absolutam respectu effectus ita præfinitus; vel ex eo, quod, non nisi per media illius benignæ efficacie esse velit simul absoluta illa & irresistibili efficacia & connexionem physicam intrinsecè effectui præfinito absoluto non connectitur: ita, ut eam præfinitionem in se esse, & effectum non esse non repugnet. Si primum: ergo cum absoluta illa connexio præfinitionis cum effectu præfinito persistat pro priori naturæ ad absolutam effectus præfinitus positionem, etiam simul medium benignæ efficacie præfinitur, & amatur, non esse absolute effectum cum efficacia, & connexionem illa intrinseca præfinitionis pro priori naturæ præsupposita ad absolutam effectus po-

sitionem pugnat: ac proinde effectus præfinitus ex necessitate antecedente naturæ, quare non libere sed necessitate absolute pronovetur. Sin verò ea præfinitio effectus per medium illud efficacie benignæ ex eo, quod in utrumque simul feratur absolute effectui non ita absolute, ac rigide, sed benignitatis medijs ad iustam connexionem, vel potius coniungatur, cuiusmodi solum præfinitio erit: præfinitio effectum per media hæc benignæ, quibus & mea præfinitione ita de facto à sua causa fiat, ut non fieri absolute possit, atque præfinitio hæc mea subinde antecederet & absolute irrita redderetque frustrari, & si ex præfinitia, qua ad eam præfinitionem concipiendam regor, & futuritione conditionata per eam præfinita frustranda atque irritanda non sit.

5. Sed cuiusmodi præfinitione libertas quidem absoluta effectus saluabitur; aut efficacia intrinseca præfinitionis illius absoluta circa effectum, atque cum illo absoluta connexio qua eam præfinitionem, quia efficax absolute essentia sua est: cum omissione vel negatione effectus præfinitus coniungi repugnet, omnino negabitur: & suppositioni, in qua disputamus, de possibilitate præfinitionis de se efficaci antecederent absolutam positionem effectus, illiusque attingentis, vel seorsim vel simul cum alio efficaci antecederent absolutam positionem effectus, ac subinde essentia sua cum eius absoluta positione connexa, & cum eius negatione incompatibilis & effectus præfinitus libertatem seu quantis contradicatur: ex nim connexio essentialis præfinitionis cum effectu absoluto præfinito, & impossibilitas illius absolute essentia in se, quin absolute effectus exilias, seu coexistens cum eius effectus negatione, contradictione pugnat cum possibilitate absoluta existendi cuiusmodi præfinitionem, quia effectus præfinitus exilias seu coexistens cum eius negatione, ut de se claret: eadem hæc impugnatione contratur evasio eadem alijs verbis satis aduersariis frequentis. Nimirum, præfinitionem non præcedentem talem ab ipsi possibilem admitti & affirmari, qui à libertate effectus præfinitus non præcedit; sed in effectu, & modum libertatis eius simul absolute efficaciter fertur: sed cum modus libertatis effectus, nil aliud sit, quam ita à causa ex parte actus primi indifferente ad vtriusque procedere, & antecederet natura potuerit non procedere, & omitti; si id præfinitio intendit efficaciter, & eius efficacia intrinseca substantiam effectus, simul ab eius efficacia intrinseca substantiam effectus, contra dispositionis suppositionem, non pertingit: vel quatenus substantiam effectus pertingit, ac subinde sine effectu, nequit absolute persistere, quia simul eius libertatem, qui in eo fiat, ut in sua causa procedat, ut potuerit absolute non esse) contradictionis prædicata & præfinitio adunat, utpote possit absolute in se persistere, quia existat effectus, qui in eius libertatem efficaciter fertur: quæ vero in effectu ipsum, non posse in se existere, quin effectus exilias.

6. Priusquam præcipuum adversarij tum tractantur questionem ex suppositione scientiæ mediæ præcludamus, ostendentes, & tardiores alie occupandæ sunt. Prima de necessitate ex principio extrinseco causæ libertatis quod effectus, & operationis libertatis non obesse aiant. Hæc tamen solutio Anselmo, & Patribus innotuit. Notum enim eos, vel supinæ ignorantia, quia præfinitam, & prædestinationem extrinsecam voluntati nostre principia esse nesciant; vel inutilis atque inepti laboris, qui cum id nolent tanto studio ea principia extrinseca cum voluntate voluntatis libertate, ac non ea via facillima, consueverint, & quæ proinde libertatem non leviat. Secunda solutio, de connexionem solum mediata, & extrinseca præfinitionis cum effectu præfinito exclusæ est cert. 1. & 2. nam. 3. Tertia item, de principio remoto, ac non immediato ac proxime influxivo disiecta est cert. 1. à quatuor. Quarta, de principio & causa remota, quæ solum respectu remoti effectus causa per accidens sit, sicut Motus in ædificatore, & quæ modum operandi non immutat, impugnata est cert. 3. num. vii. Quinta Recentiorum, ceteris deterior, solutio specialiter præfinitis voluntatem absolutam à libero nostro absoluto libertatis potestatem contentidit, ac proinde illi officere minime: quia omissione libera contentis fieri à nobis pro priori potuit, ne pro suo priori præcederet: sicut & fieri potuit, ne eius præfinitia præcederet à terminare, de præfinitionem

autem ab effectu libero absoluto, cui connectitur præfinitio, ex ipsa præfinitionis connectione deducunt: inde enim ab illo, tanquam à termino necessario connexionis essentialis sive pendere evidens est: cum inde esse in se præfinitionem, quin effectus præfinitus existat evidenti-
simam sit: verum ex antecedentia in duratione, seu æternitate potius, præfinitæ ad absolutum contingens remporarium ad præcedentiam naturæ præfinitionis ad effectum præfinitum consequentia non, nisi ab eis, duci possit: quæ antecedentiam durationis cum antecedentia naturæ & causalitatis respectu effectus contra Anselmum, & reliquos Patres confundant, quæ confusione admissa consequentia Aristoteles, (vt à plerisque putatur, præfinitam futurorum, etsi erroneè, Deo negant.

7. Ratio verò ex connectione essentiali præfinitionis cum effectu præfinito petita est solutio quarta Albeldæ simili argumento à nostris contra prædeterminatias præfinitiones, & physicas prædeterminationes Dominicanorum Recentiorum efformato: & quæ rursus nulla necessitate antecedente, natura sive physica, sive intentionali posse creatam libertatem, diuinitus adhuc lædi euidenter probet: imò & causæ omnes naturales eorumque effectus libertate gaudere eadem ratione facile probabatur: siquidem essentiali connectione effectus suis connectuntur, ac subinde ab illis in sui existentia pendere: quare, & poterit ab eis causarum suarum existentia absoluta ipsorum negatione impediri: ac subinde eorum ad operandum antecedens determinatio, & necessitas naturalis operationis, & effectus libertati non obicit: & miraculi tandem instat est Doctos & ingeniosos præstantia nobis & cunctis venerabiles Recentiores ex naturali necessitate, & essentiali causæ cum effectu suo connectione, vnde hæcenus à Philosophis, Patribus, & Theologis cunctis eius in operando, ac subinde effectus necessitas demonstrata est, & vtrique libertas negata: vtriusque libertatem defendi, & necessitatem excludi: æstimo id, & similia quantumvis magnæ, & subtilibus ingenij Dei prouidentia sæpe accidere, ne, vel ipsa, vel nos, qui adeo hebetes sumus, nostris discursibus nimis fidamus, & inaniter gloriemur: cum in rebus adeo perspicuis ingenij Proceres deprehendamus cespitate, æquinoctiationis, & fallacie huius occasionem deteximus certamine 3, à numero 3, ubi hinc discursum, & rationem Recentiorum pluribus rationibus, & absurdorum illationibus dillicimus: quare hic solum addo: solutiones hoc, & antecedente numero pertractas, & quasi per transitum breuiter, ac fere remissive impagnatas præfinitionibus, cum præfinitionibus, nec scientia media regulatis, tum prædeterminatias Dominicanorum Recentiorum Thomistarum, tum denique (vt plurimum) physicas horum prædeterminationibus esse communes: quare à nostris, qui communiter (vno vel altero excepto) solum regulatas per scientiam mediam admittunt, reliquas verò præfinitiones æquum, sive effectuum liberorum abiciunt, absque manifestis instantiis & inconsequentis adhiberi nullatenus possit.

8. Veniamus ad specialem solutionem pro præfinitionibus essentia sua per scientiam mediam regulatis ex scientia huius dependentia in sui existentia à consensu absoluto petitam. Si enim, (inquiunt) essentia sua scientiam hanc præfinitio supponit, nequit non in sui existentia demum ab absoluto consensu, seu effectu libero pendere, à quo purificata conditione, & futuritio conditionis primum, ac deinde scientia media eam repræsentat in sui existentia, & consentientia pendet: quare, & sicut hæc antecedente potestate voluntatis per omissionem consensu purificata conditione impediri potuerunt, ne fuerint, ita etiam eorum existentiam supponens præfinitio: quare nec magis, quam hæc, absolutam effectus libertatem, quam essentia sua supponit, poterit impedire. Non leuis hic inter Recentiores aliquot nostros, qui non satis doctrinam de scientia media penetrarunt, de impedibilitate scientiæ mediæ, ne fuerit à nostro absoluto libero consensu, quam solutio supponit, his, & controuersia. Negant quippe aliqui illam à nostro libero consensu esse absolute antecederet impedibilem, ne fuerit, nonnullos ex priscis nostris Doctores, & præsertim Molinam pro hac absoluta inimp-

edibilitate recitatis verbis producentes. Ceterum, nec Molina, nec alius, qui eius, & societatis hac in re doctrinam percalluerit referri pro eiusmodi impedibilitate iure possit: etenim dependentiam absolutam futuritionis conditionatæ purificata conditione, ac subinde scientiæ mediæ illam repræsentantis expresse admittunt, & in primis statuunt, vt inde absolutam effectus, seu consensu libertatem cum prædestinatione quæ scientiam mediam claudit, eiusque certitudine, & infallibilitate componant: si enim ab eo in sui existentia absolute non penderet, sed independentem à libero consensu absoluto aliunde posita præcederet, absoluta consensu libertas saluari haud quaquam posset: siquidem, & absolutum exercitium libertatis nostræ erga consensum antecederet, neque illud supponeret, ab eiusve positione veniret: quare, & absolutam, ac simpliciter talem, & antecedentem necessitatem ad absolutum consensum eius, & voluntatis absolute libertati aduersam, nostræ adduceret voluntati: eiusmodi verò dependentia absolute scientiæ mediæ in sui existentia ab absoluto libero consensu admissa, euidenter proxime inferret, libera (quæ haberi à voluntate poterit, cum libere consentit) omissionem consensu scientiæ mediæ existentiam potuisse impediri: quod ipsum est illam esse à voluntate nostrâ absolute impedibilem ne fuerit: quare locis illis, tam Molina, quam ceteri nostri Prisci Doctores de impedibilitate consequentis solum ex suppositione, quod tam ipsa, quam absolutus consensu, à quo in sui existentia purificata conditione absolute pendet, existant: ac proinde non esse repugnans, quandiu sunt, sive ex suppositione quod sit: quandoque vero loquantur de scientia media prout à purificatione conditionis præfinitio communicata est ei, quæ habetur de conditionatis contingentibus, quæ nunquam erunt, sic enim accepta scientia media, sicuti, & conditionatum contingens, quod repræsentat, & obiectiue supponit vt veritatem obiectiuam solum sub hypothese purificationis conditionis habet, ita etiam, & obiectiuam dependentiam pendulam sub hypothese eadem pro conditionis etiam absolute purificationem ab absoluto consensu habet: nec potest proinde absolute, & actu pendere, nisi purificata absolute conditione, tunc scilicet, cum solum officere absolute voluntatis & consensu libertati possit.

9. Verum ea futuritionis conditionatæ, ac subinde scientiæ mediæ absolute dependentia pro casu purificationis conditionis à libero absolute consensu, tantum est, vt veritas obiectiua conditionatæ futuritionis, & scientiæ mediæ illius, sua quæque prioritate persistit: ostendimus autem eandem illam, & obiectiuam conditionatæ futuritionis, & formalem, scientiæ mediæ persistere, etsi hypothese ex parte per alicuius additionem, & deductionem variata, effectus contingentia varietur: quia hypothese variata variatur necessario futuritio conditionatæ effectus: estque alia ab ea, quæ sub hypothese illa prima fuit, quæ semper persistit sub illa ipsa hypothese prima, etsi hac per additionem principij absolute de se determinati ad vnum extremum ipsique essentia sua connexum & extremo opposito repugnans effectus illius contingentia conditionatæ paret: ac subinde posito eo principio, cum reliquis etiam hypothese illius, cui adiungitur, paret (vt necessario peribit) effectus illius absolute libertas: ergo & præfinitio innixa futuritioni conditionatæ, eiusque scientiæ sub hypothese illa prima persistet, nec poterit mediare ratione futuritionis, & scientiæ conditionatæ, cui innitur, à contingente, & libero absolute effectu pendere: nisi casu, quo absolute illa ipsa inuariata conditio, & hypothese, sub qua contingentem effectus, & futurus erat conditionatæ, & conditionatæ præfinitus apponatur. Paret consequentia: quia veritas illa specialis obiectiua futuritionis contingentis conditionatæ, & formalis veritas scientiæ mediæ, casu absolute purificationis hypothese sue tantummodo, & absolute contingentia effectus obiectiue pendet: non autem casu purificationis hypothese alterius: ergo casu purificationis hypothese variatæ (maximè per additionem principij intrinsecæ, & essentia sua connexi cum altero extremo, & impossibilem cum extremo opposito).

GA
ari
[a]

efficaci Dei esse sermonem: siquidem, & nostra efficaces executiones voluntates, quæ tales, id etiam habent: ut nunquam careant effectu: quare nulla propria Dei, ac voluntatis eius laus esset eis testimonio contenta, si de immediata executione Dei voluntate efficaci sermo foret. Nec de ea in nostris principis sermo esse potest: cum respectu effectuum liberorum decretum indifferenter concurrendi, quod solummodo cum effectu libertate componi posse fateamur, proximum executionum ex parte Dei sit: ergo de efficaci intentione voluntate Dei eis locis est sermo, siue præfinitione. Certè hoc argumentum necessitatem potius probat, quam possibilitatem præfinitionis pro Dei arbitrio concipiendæ, ut creata fiant: si enim creata aliqua abique Dei præfinitione ex sola inefficaci voluntate fieri Deo possunt, ut ij fatentur: ergo, quod Deus omnia quacunque vult faciat, non arguit quod ex voluntate efficaci ea faciat, nec voluntatis, quia creata, quæ vult facit, in infinitam voluit, & creatis connexionem. Instas plerique, quæ quidem non persuntorie, sed serio, atque aliquoties, etsi non omnimode, efficaciter tamen non absolute efficaciter, sed ex parte sua, & inefficaciter absolute Deus voluit in celo, & in terra facta non sunt: ut patet in recta vita, & salutem æternam præfitorum. Ergo voluntas, de qua verificatur facta à Deo omnia, quæ voluit, efficax absolute est.

4. Hæc instantia plus probat, quam aduersarij intendunt de actibus liberis: nempe omnes ex efficaci Dei intentione apponi debere. Respondet ergo sermonem esse de voluntate Dei absolute inefficaci, aut ex parte Dei, seu quatenus ex parte Dei esse potest, abique ratione libertatis efficaci, & vehementi, quantum potest, fatique est, ut effectus de facto obtineatur: cuiusmodi est ardentior intentio, ac desiderium vehementius, quod Deus de iustitia, & salutem æternam præfitorum, quam præfitorum habet: ex qua ad media, & auxilia congrua, quibus finalem iustitiam, & salutem obtinendam de facto, si essent, præfinitur paranda & conferenda, etsi non necessitate, determinetur: quia eorum effectuum efficax absolute intentio non est, vehementius tamen impellitur, quia quantum (salua effectus intenti libertate cum efficaci absolute voluntate Dei impossibilitate) ex parte Dei efficaci magis esse potest erga iustitiam, & salutem præfitorum quam erga reprobos iustitiam, & salutem, et etsi terra Dei, & efficaci voluntas sit, ut citato loco docuimus, & instantia supponit: mouet enim Deum ad auxilia, & media præfinitis præstanda, quibus in iustitia decedere, ac æternam salutem consequi possent: aut non adeo efficax, ex parte adhuc Dei est, atque habet ab ipso potest: ut ex effectu electionis mediocriter demonstratur: quæ etsi sufficientium de se electio sit, & habitorum effectuum, si præfitorum abusus, & voluntatum ipsorum defectus abesset: tamen eorum auxiliorum, ac mediocriter non est quibus & voluntatum, & præfitorum abusus, & defectus certò abesset: & hanc quidem solutionem eis Textibus germaniorem iudico ea, quæ communiter à nostris negantur sententiæ Patronis adhibetur: nempe ea testimonia de voluntate mediocriter, seu prædestinatione Dei ad liberos effectus iustitiae, & salutis in celo & in terra factis, obuentique à Deo in hominibus intelligi debere: sane enim expressa de omnibus à Deo in celo, & in terra factis, & volitis in se ipsis: in quibus iustitia, & salutis præfitorum planè continentur: iudico etiam solutionem hanc doctrinæ verioris, ut de se patet, atque ex dicendis contr. 7. de prædestinatione, clarius adhuc patet.

5. Opponent rursus, subest tibi, cum volueris posse: non vtrunque, sed indefectibiliter, atque irresistibiliter, ab alio: ut Hester 13. dicitur: non est, qui possit resistere voluntati tuæ, si decreueris saluare Israel. Ne autem ex materia, & occasione, quæ dicta hæc sunt, facile respondeas: impotentiam resistendi voluntati Dei hic assertam non esse, quoad liberos hominum voluntates, & effectus inde ex liberis voluntatibus eorum præfite apponendos: sed de voluntate Dei

Christoph. de Ortega, de Deo Pno. Tomus II.

sua potentia contra obliuam Holofemis voluntatem de Israël perditione ventis: audi Augustinum de animæ salute ipsius arbitrio denum à Deo commissam in hac scribentem de correpti & gratia cap. 14. *volenti Deo saluum facere nullum humanum resistit arbitrium*: quæ tamen de facto fiat, cum tamen generaliter dicta sunt, regulam generalem continent: quæ defectum salutis in quouis (vel vno) quem Deus saluum facere velit, cum voluntate Dei de ipsius salute inconstigibilem demonstrat: vade à nemine, quem Deus saluum facere velit resisti de facto, imo nec resisti posse asseri merito debeat: id autem voluntati soli efficaci Dei ratione intrinsece efficaciæ, & connexionis cum salute volita potest conuenire. Respondet: voluntati Dei quantum ex parte Dei efficaci esse potest, efficaci de cuiusque salute nullius, (vnius adhuc) arbitrium resistere posse potestate, seu possibilitate consequente, idque ita certa regula, & lege: quia in Dei voluntate, & potestate media, quibus de facto à singulis, & omnibus (quantumvis rebellis voluntatis homo aliquis sit, & sine figmento rationis cogitur) salutem obtineat: atque ad ea, vel præcognita ante voluntatem illam efficacem, quantum ex parte sui efficaci esse potest, ab ipso concipiendam, vel certe ante eorum electionem cognoscendam, ex cuiusmodi efficaciam intentionis de facto semper mouetur Deus: eaque electione antecedenter ad arbitrij creati usum posita, aut ponenda, est arbitrio creato resistentia impossibilis potestate consequente: cuius solum aduersum impossibilitatem, ut Augustinus nobis à se ostendi monstraret, dixit: *nullum humanum resistit arbitrium*: ut ex facto ipso resisti à nobis voluntati Dei possibilitate consequenti doceret, ne, si resisti ab arbitrio humano voluntati Dei non posset absolute diceret, & decipi facile possemus, & sibi contradicere videretur, tor locis aliter, voluntati Dei resisti absolute posse, quod ex ipso citata controu. 3. d. 3. quæst. 2. & alibi, cum ea, tum præsentem controuersiam retulimus.

6. A ratione arguunt tertio. Potest Deus promittere, imò & de facto promittit nobis nostra bona opera abique præiudicio libertatis eorum: Ezech. 36. *faciam ut in præceptis meis ambuletis*. Vnde Augustinus 11. de prædestinatione sanctorum. Propter 9. gen. aiunt: *Deum illa promittere facturum se, ut faciant, quæ iubet ut fiant*. Ergo & potest bona nostra præfinire: Probatur consequentia. Non minus connectitur intrinsece, & essentia sua promissio Dei cum absolute promissis ex prædicato fidelitatis, quam præfinitio cum absolute præfinitis ex prædicato efficaciæ: promissio autem absolute promissum antecedenter positum, ac præfinitum absolute non supponit: sicut, nec præfinitio absolute præfinitum. Alioqui Prophecia, nec promissio nisi illusoria foret: quare vel vtrique, vel neutra, ratione scientiæ mediæ de conditionato contingenti, quam concernit natura sua, vel supponit, vel benignæ mediocriter efficaciæ quibus vel exequendum absolute præfinitum est, vel præstandum absolute promissum cum huius libertate componitur. Responderet facile negando antecedens, quo admissio (quidquid nonnulli incautum effugij tentent) negari consequentia nequit. Id ita loco minime probatur: quia non quod nos facturi sumus, siue bona nostra opera, ac subinde libera Deus ibi promittit: nec illa libertate nostra promittere posse, sed solum ex parte sua, ut in præceptis eius ambulemus, seu bona opera exerceamus: cui promissioni satisfacti, auxiliorum, quæ efficaciam, vel prænouit, vel ante eorum electionem nouerit, electione, atque absolute donatione: ad quam solum ex intrinseco promissioni suæ prædicato fidelitatis tenetur: quodque de se antecedentem potestatem ad bene operandum vel secus voluntati creatæ relinquit. Nec plus aliquid Augustini, & Properi verba significant.

7. Obicit à ratione etiam Arrubal: quis homo habens in sua potestate media, quibus fundamenti à partem efficaciæ nostræ voluntatis de opere libero alterius disiectio si adhibeantur, de facto consequatur, quod ab alterius etiam libertate pendet, eaque in sua potestate habere prænouit potest cordatè id quod ab alterius libertate consequendum, & consequendum sub eis mediis prænouit

Y 2 efficacit

efficaciter intendere (v. g. Panem à Piflore pretio exhibitum ab intendente qui in suo illud marsupio habet, & nolit) quin alterius efficacia intentionis suae libertati alterius, necdum absolute exercita, sed posterius natura exercenda officiat: Atque Deus, & habet, & se habere praenoscit, media quibus si adhibeantur de facto à nostra libertate consensus ac bona opera obtinebit: ergo, & poterit cordate illa efficaciter intendere, quin intentionis eius efficacia eorum libertati, necdum absolute exercita sed posterius natura exercenda officiat. Negari à Vasquez antecedens à nonnullis refertur: quia efficaciam intrinsecam respectu panis nunquam fore putat, sed solum respectu electionis, & exhibitionis pretij, verius antecedente admisso, negatur consequentia, quia intentio nostra, quantumvis efficax, non connectitur natura, & essentia sua, cum extrinseco effectu efficaciter volito, (maxime, si ab alterius voluntate pender) sed irritari potius, atque absque illo esse absolute potest: quare neque ullam affectu voluntati alterius necessitatem. Divina vero intentio efficax connectitur intrinsece, ratione efficaciae suae, cum obiecto quovis volito, sine quo esse non potest: ac proinde infirmitas naturae suae est, & libertati voluntatis alterius, à qua effectus pendeat, omnino repugnat, & huius generis efficaciam intentioni creatae respectu effectus extrinseci negatam solum à Vasquez puto; admissam vero respectu electionis mediatorum non eiusdem omnino generis, sed affinem: quae ad hanc efficaciter intendere cogit, quin ad eam libertatem ipsi relinquit, sed naturalem cum illa habeat connectionem: ac proinde sic naturaliter infirmitas, non autem absolute, & omnino infirmitas, si cur efficaciam voluntatis, & intentionis divinae: cum creata efficacia intentionis posita possit adhuc Deus electionem mediatorum absolute impedire, & ipsa effectum electionis frustrari.

8. Denique difficilior obiecto à paritate scientiae mediae quae consensus liberum absolutum naturae prioritate, absque libertatis eius praedictio antecedit, ad praefinitionis, scilicet scientia ipsa media regulata, possibilitatem desumpta plus satis à nobis dicta est certam, secundo à numero septimo & octavo toto, est enim consequentia à principio, nec de se, nec, ut coniuncto cum purificatione conditionis, intrinsece connexo physice cum absoluta effectus futuratione, imò nullatenus conducente, iuvanteque proxime, vel remotè motionem intentionalem purificationis conditionis, sine auxilij, ad absolutam consensus, siue effectus futurationem, sed impertinentem proorsus ad id se habentis, solumque logicè connecti cum absoluto effectu, illamque absolute supponens; ad principium, non solum utrunque conducent ad absolutam effectus, seu consensus futurationem, sed intrinsece, & essentia sua physice, ac metaphysice connexum cum ipsa, & quod absque illa, pro posteriori natura, & causalitatis posita, seu apponenda, esse in se omnino repugnet: quale principium praefinitionem effectus liberi esse (de qua disputamus) ostensum satis à nobis est certam, 1. ex quibus omnibus aperte concluditur ordinem prioris, & posterioris intentionis electionis mediatorum, & executionis respectu creatorum effectuum liberorum, si de intentionibus effectus liberi determinati sit sermo, in voluntatibus seu affectibus divinis omnino esse impossibilem: siquidem intentio omnis efficax Dei, seu praefinitio, decretumque omne consensus, seu effectum creatum liberum quovis gradu prioritate naturae antecedens, cum huius libertate pugnare enicimus: ac proinde de subiecto non supponente esse, falsamque ideò assumantem sententiam ostendimus.

QVÆSTIO III.

An sit praefinitio de effectu libero disunctum, & vage, possibile, ac subinde inter eam, & executionem ordo.

De vno in disputatione hac de voluntatibus divinis in quibus intentionis, & executionis ordo cogitari queat, examinandum restat. Nam & voluntates efficaces Dei conditionate ex parte obiecti de effectu libero disunctum, hoc nimirum, vel illo praefinito continentur, ut supra vidimus, moxque vtriusque explicabimus, quare nihil vilius, & subtilitatis Theologiae decreto seu praefinitione hac ex parte obiecti disunctum exactè disculsa desiderabitur.

CERTAMEN I.

Praefinitio, seu intentio efficax vaga, siue de affectu libero disunctum, maius à nonnullis, absurdisque consequentiis, & asseritur & negatur.

1. Praefinitionem hanc ex parte obiecti liberi praefinitam vagam negant docti scholastici Magistri ex utraque schola Thomistica, & nostra, & innotuit Dominica. Suarez, 3. de auxiliis cap. 17. num. 2. & 14. & 1. p. lib. 1. de praedest. c. 13. à num. 4. ad 6. incl. & lib. 3. cap. 10. num. 3. Zamel tom. 1. variarum pag. 360. & 361. Ledesma de auxiliis 4.9. pag. 173. prob. 1. pag. 179. colum. 2. Alvarcz 2. de auxiliis d. 13. num. 4. Rize, cum tract. 1. de scientia d. 7. cum tract. 1. d. 2. quae cum aliis etiam Recentioribus citatur ab Arriaga tom. 1. de Deo vno, tract. de providentia, disputat. 35. sectio. subsection. 1. num. 71. 3. Quod si dicat. Albertus. tom. 1. question. seu corollar. 3. Theolog. ex 4. principio Philosoph. Alarcon tract. 4. de praedestinat. cap. 7. § 2. 1. num. 36. Horum argumenta ad duo capita redigi possunt. Alterum imperfectionis, quam eiusmodi praefinitio Deo affert, vel supponit: cui praesertim Heuze, & Recentiores ab Arriaga innominati nituntur: quia putant supponere necessario in Deo scientiam vagam, siue de hoc, vel illo obiecto confusam, & indeterminatam, hoc solum secundum rationem aliquam communem praefinitis, nec distincte individuantibus differentis cognitis, ac rursus huius, vel illius voluntatem efficacem praefinitam, perplexamque determinationis, & suspensam iudicant, ut cum ignorant, ac determinationis, & concilij inopie tre dati efficaciter vult, & lachrymis poscit: sed de quidem argumenta, atque inefficacem vagam, seu de quovis effectu disunctum hoc vel illo, atque efficacem tam de necessariis, quam de liberis: de quibus magis effectibus, hoc vel illo impugnant: siquidem siue efficacis siue inefficax voluntas Dei, siue de effectu libero, vel necessario, hoc, vel illo, sit & scientiam obiecti amandi debet supponere, & dignam Deo determinationem voluntatis suae à qua perplexitas & suspensio oritur ex concilij & determinationis inopia orta abesse debet: quare quod autem de effectu, etiam libero, disunctum voluntatem inefficacem imò seriam, atque ex parte Dei quatenus efficacem debeant omnes admittere coartat ex Dei praecipitis, quae de individuis actionibus non deesse

nate hac, aut determinate illa disunctum tantummodo sunt: ac proinde individua quavis exhibita à nobis Dei praecepta implentur atque à Christo Domino quavis numerice acceptatione moris ea aequantur: ea quam exhibuit, praecepto moriendi satisfecit: ea vero omnia Dei praecepta voluntatem feriam Dei de eo quod praecepit, vel continere, vel supponere certum omnino est: in ea vero fundamenta omnis Doctorum praefatorum infringuntur, siue ex scientia supposita vagitate, siue ex voluntatis perplexitate, & suspensione, quem puerilem aduersarij iudicabant: verum scientiam de obiecto & veritate disunctam, quae cuiusque tamen individui determinati penetrationem à Deo non excludat) nusquam imperfectionem, sed summam diuinæ scientiæ perfectionem involuere, inde constat: quod disuncti veritas obiecti diuersa à veritate cuiusvis extremi determinati procul dubio sit, atque hac determinata veritate deficiente, disunctiua persistat: verum siquidem est, Petro non summo, Petrum vel Paulum extitum, eo præcisè, quod Paulus extitum sit. Atque item in effectibus, qui alterutrum solum è duobus causam ad sui existentiam essentia sua repositum, neutram autem determinatè, vt visio oculos, non requirere dextrum determinatè verum est, requirere autem dextrum, vel sinistrum: quod disunctiue verum, si Deus nesciret, dubio procul omniscius non esset: quare ad omniscientie diuinæ perfectionem scientia de obiectiua veritate disunctiua spectat: tantum abest, vt scientia ea diuinè indignam imperfectionem deoluatur: sed neque cognitionem seu scientiam prædicatam communis à differentialibus, siue specificis siue indiuiduantibus præcisam Deum dedecere docuimus supra & controuersi de Incarnat. fuisse controuersum: ubi ostendimus præcisam prædicatam vnius ab alio rei eiusdem realiter cum visionis & intuitionis prædicato non pugnare, sed amice componi, & quantum cognitio Dei præcisam ex parte obiecti esse non posse, posse tamen obiectum morione respectu voluntatis, etiam diuinæ, præcendere, notauit bene Quiros: vt patet in medio essentia sua ad duo vtili & conducenti, quod ex vnius intentione Deus apponere datur cuius tamen electionem sola vtilitas ad illud, non autem ad aliud voluntatem Dei moueret. Rationi alteri de imperfectione voluntatis suspensa, & quasi perplexa respondere omnes debent, vt dixi in ferra voluntate de eo quod nobis fieri iubet non determinatè, sed disunctum. Neque enim ex inopia consilij, & voluntatis perplexitate, vt patet, cum omnia & singula penitus scientia sua penitus, sed motibus aliis honestissimis fieri à nobis & vultus iubet, cum alter aliquid determinatum à nobis fieri, & velle posset, & iubere.

3. Ceteri negatiue sententia Patroni imperfectionem voluntatis efficacis de obiecto disunctum variis ex capitulis inducunt. Primum: quia supponit eius assertio hoc tantummodo præiudici à Deo posse in actionibus liberis salua earum libertate, quasi scientiam medium de quavis in particulari non haberet: nec voluntate præiudici determinata cuiusvis earum, ferri in illam non possit: ceterum, si præcisam impossibilitatem præiudici efficacis determinata actionis liberae ad hanc rem attendenda tantum esset: cum hac sit cum actionis præiudici libertate impossibilis: satis inde præiudici disunctiue ad saluandum actionum libertatem non possibilibus modo, quæ disputatur, sed necessitas probaretur: sed cum prædeterminatione, seu preparatione auxiliorum efficaciam regulata per scientiam medium absque præiudicio disunctiua hac, quæ præiudicio libertatis ipsorum prouidetur: certum est præiudici disunctiui, nec titulo libertatis actionum in particulari necessariam diuinæ prouidentia à suis Patronis induci, est ipsa posita libertas non laedatur. Item vagæ huius præiudici absolutam efficaciam cum suo obiecto pugnare conuincunt: quia, cum de hoc vel illo medio, vel effectu sit, de nulloque determinatè, cuiusque, & singulariter coniunctum omni ex libertate voluntatis posset apponi: quare, & eius præiudici efficaciam cassari. Mirum est aliquot ex nostris, qui hoc argumento vtuntur, ex hisce, qui præiudici actionis in particulari, & tantum absolutam

efficaciam cum huius libertate, & potestate antecedente voluntatis ad omittendam actionem componunt, quam hoc negant argumento insuper falso absolute assumunt, quia cunctos diuini effectus potest voluntas omittere posita præiudicio disunctiua, postea, cunctos etiam coniunctum eodem recidit præiudici disunctum effectus, vel causæ ad illum certitudinem, quam præiudicio diuinaque efficacis voluntas habere debet, præiudici huius disunctiue de se non competere. Maxime, cum naturæ, & essentia sua scientia media non diligatur: quandoquidem è simplici intelligentia effectus, & medij disunctum præiudici præiudicio hanc disunctiua haberi potest: sed certè ex scientia sola si simplici intelligentia habita de effectu libero disunctum præiudicio, seipsa ratione suæ intrinsecæ efficacis utroque effectui coniunctum carere non posset, vt diximus: quare alterutrum se ipsa certo, & infallibiliter intererit, etsi ad executionem medij, & executionem extremi alterius apponendi scientia media opus sit, vt effectus apponendi feruetur libertas.

4. Secunda sententia possibilis Deo præiudici de obiecto vago siue disunctum, hoc, vel illo, affirmat: ita Granados 1. p. cont. 3. tract. 3. d. 5. sect. 3. à n. 19. Cardia de Lugo d. 7. de Incarnat. num. 39. Arriaga d. 7. leg. num. 66 & tom. 1. de Deo vno tract. de voluntate. Quiros tom. 1. de Deo d. 7. sect. 5. num. 31. Ruiz de Montoya d. 7. de voluntate sect. 7. num. 2. & sect. 10. & fufius de prouidentia d. 8. tota vbi sect. 4. num. 10. conclusionem in terminis tradit ex præmissis in sectionibus antecedentibus, explicatque minutius sect. 5. atque S. Thom. & Scholasticorum autoritate illustrat à sect. 6. Hemelman tomo 1. in 1. p. tit. 7. tota d. 3. & hi quidem omnes in eo merito conueniunt: quod præiudici hæc necessarias ad alterutrum ex disunctis contingentibus existentiam: quare & ad disuncti existentiam veram prorsus negent: quia, etsi ea præiudicio de hoc vel illo contingenti apponendo non præcederet alterutrum determinatè voluntate Dei, & medij determinati efficacis voluntate, & effectiua preparatione, & appositione, æquæ certitudine apponeretur contingens illud determinatum: unde & disunctum illud, quantum satis ad veram illius existentiam est, etiam apponeretur: siquidem altero è contingentibus disunctum acceptis absolute existenti, verum omnino est vnum, vel alterum extiterit, cum disuncti cuiusvis existentia absoluta appositione termini, seu extremi vnius absoluta satis necessitateque verificetur: vt patet in hac propositione *aliquis homo*, vel *Petrus* aut *Paulus currit*: quæ Petro solo curritare vera est, ac proinde obiectiua veritatem, cui ea propositio conformatur, disunctum habet ipsum: quod si disunctum ex terminis, contingentibus quidem absolute, sibi tamen repugnantibus, & aduersis, & quorum alter alterum excludat, atque à rebus remoueat, constet, non solum voluntate vnius extremi, seu termini disuncto illo clausi satis absolute disunctum ipsum apponetur, sed aliter apponi repugnat. Quia, cum vtrumque apponi simul repugnet intentio, aut voluntas feriam, ac non inepta, & stolidi, Deoque proinde indigna aliter apponendi disunctum, quam vnius determinati appositione, omnino repugnat: erit enim conatus ferius voluntatis diuine tendens actiue in impossibile: dixi voluntate feriam & aliquatenus actiua: quia efficacis circa terminum contingentem determinatè disuncti ex contingentibus constantis, ipsius libertatem euertere certum ex quæ 2. est: quod si vtrumque extremum contingens, seu terminus disuncti voliti à Deo, vt potest, sibi mutuo non aduersentur neque alter alterum excludat determinatè, vt in hoc disuncto *Petrus*, vel *Paulus currit*, alterius voluntate feriam Dei satis apponetur: poterit autem vere apponi voluntate vtriusque determinate, v. g. & cursu Petri determinatè, & cursu etiam Pauli determinatè: si enim vtriusque cursu apponitur, alterutrum cursu apponi certissimum est: etsi non solum disunctum, sed amplius etiam, nempe vtriusque coniunctum apponatur: ostendimus enim in logica propositionem disunctiui eiusque veritatem, ni ex terminis sibi repugnantibus disunctum constet, vtriusque etiam appositione & existentia consistere.

5. Sed in his, ac similibus contentens: disunctiui seu

CERTAMEN II.

Præf. 140.

nate, vel utriusque existentia esse absolute posita; et

1' = 1 adiasinium - cui ea 8uit

sum citato loco ostendimus, & proxime recte scilicet

scilicet creata omnia objecta pro statu præcisiue suæ possibilitatis amari à Deo posse. Nisi enim id supponatur, nec quæstioni huic locus erit, nec specialis absurditas amoris Dei erga peccatum, si esset, ostenderetur.

3. Henricus d. 18. de volunt. cap. in 9. (quem pauculi, teste Quiros infra, sectantur) docuit peccatum possibile præcisiue à Deo amari, quia tale. Adsonare videtur Ruiz d. 2. 6. de volunt. sect. 6. num. 1. asserens Deum velle, ut peccato conueniant essentia, & passionibus suæ ex suppositione, quod sit, vel possibile, scilicet, vel existens: quod scilicet contra rationem sit, eo ipso, quod sit contra Deum: quod sit de se, & essentia sua detestabile & abominabile, neque vquam directè, & per se amabile, sed indirectè, & per accidens solum: quia Dei complacentia, quam secundum quid solum appellat, odium potius peccati absolute, quam complacentiam de illo diuinam inquit contineri: & quoad odium, certissima doctrina hæc est: sed cum qua, complacentia secundum quid, immò, nec affectus complacentie, quantumvis diminuta, quouivis addito imminuta possit consistere: etenim complacere de malis, siue essentialibus, siue accidentalibus, siue personæ, siue rei cuiuspiam solum ex odio illius esse potest, nullatenus vero ex aliqua complacentia, quæ in illa, vel de illa habeatur: atqui complacentia de essentia, & passionibus peccati, siue possibili, siue existenti est per hunc Doctorem complacentia Dei de malo essentia, & passionum peccati: ergo ex multa complacentia, nec complacentia diuinæ vmbra in peccato, sed de effuso, atque (ut se loquar) impote Dei in illo odio potest procedere: ceterum mirandum non est tantum Doctorem conclusionem suam ipsi sibi, & conclusioni suæ contradixisse: cum Dei amorem, seu complacentiam, & necessitatem quidem, erga conuenientiam prædicatorum essentialium, & metaphysicarum passionum rei cuiusvis, sicuti & Theologi plures, admitteret: cum autem suorum prædicatorum essentialium, & metaphysicorum metaphysicam conuenientiam negare nequeat, negare complacentiam Dei erga illam, quin principium illud deferat sine inconsequencia minime potuit: & quidem complacentiam Dei, non secundum quid solum, quam admittit, sed simpliciter, & absolute talem, quam admittere non audeat, sed prorsus negat: etenim circa conuenientiam metaphysicam prædicatorum essentialium, & metaphysicarum aliarum omnium rerum, absolutam, & simpliciter talem complacentiam necessariam Dei admittit: ac subinde in ea sola conuenientia absolutam bonitatem, ratione cuius res secundum essentiam, & passionem metaphysicas considerata à Deo necessaria complacentia ametur: quare, & utrumque de peccato secundum essentiam, & passionem metaphysicas debet fateri, vel inuitus.

4. Hemelman tom. 1. in 1. part. tit. 7. d. 2. Martinon 1. part. d. 13. Quiros tom. etiam 1. d. 4. 5. sect. 4. & alij ex prædictis, & Recentioribus Theologis communiter peccatum possibile præcisiue, & secundum essentiam, & passionibus suæ metaphysicas consideratum adhuc, amari à Deo, immò, & amari posse negant: & Martinon oppositum Catholicæ fidei aduersari non immerito censet, non tamen satis hoc probare eo, quod toties in scriptura asseratur. *Deo impium, & impietatem eius odio esse asseratur, ut vidimus proximè antecedente disputatione:* etenim testimonia omnia illa de impio cuiusque impietate absolute existentibus sunt: non de eis, ut possibilibus præcisiue: quin immò pro eo statu, nec impium, neque impietatem eius odio haberi à Deo posse verosimilius ex nostro generali principio, quod in res pro statu possibilitatis præcisiue Dei voluntas ferri non possit, omnino est, & specialius ex materia præsentis: cum nemo ob impietatem præcisiue possibilem odio haberi à Deo possit alioquin sanctissimus quisque antecessor absolute peccabilis, puta Ioannem utrumque Baptistam, & Euangelistam Sanctum Petrum, & in communis sententia Deiparam, in Scoticis vero (quæ humanitatem Christi, etiam Hypostaticè unitam, absolute, & antecedenter peccabilem docet Christum Dominum quo hominem odio haberi à Deo posset, qua de eis testimoniis formaliter, & immediate affirmatiua senten-

tia non contradicere, ut Martinon censet: mediare verò aduersatur, ut inferius ostendam: quare merito, ut dixi, affirmatiua sententia eis testimoniis aduersari dici absolute potest. Hæc sententia communi negatiuæ lubens proinde subscribo: eoque lubentior, quod in plurimum Patronorum eius inconsequentias non verear incidere. Plerique enim eorum, ut Hemelman, Quiros, & alij Dei amorem in essentias rerum ob metaphysicam essentialium prædicatorum, & proprietatum metaphysicarum conuenientiam, seu (quod idem est) præcisiuam earum possibilitatem ferri posse, immò necessario ferri fatentur: unde, ut nuper expendebamus, Dei erga essentiam, seu præcisiuam possibilitatem peccati amor negati vel agere vel absolute nequit: id quod, & generale illud principium nostrum confirmat, cum ex opposito amor Dei erga peccatum possibile præcisiue infertur, qui tamen aliunde impossibilis etiam ab hisce Doctoribus, etsi inconsequenter, ostenditur. At potuisset sane facile Quirós inconsequentiam hanc vitare doctrina illa de veritate solum mathematica, ut duo bis ducta sunt quatuor, quæ speculabilis est, non autem volibilis, & quam possibilis præcisè conceptus, & veritas obiectiua imitatur his vocibus significata, si existat peccatum non existet aliquid contradictorium, ut affirmatiue argumentis respondeat eadem: quippe solutio æque omnibus argumentis pro amore Dei erga possibilia præcisiue omnia satisfaceret.

5. Probatur nostra, & communis negatiua sententia. Primo ab absurdo, quod contra citata testimonia scripturæ inferitur, nempe Deum non odio habere, sed amare potius absolute existens peccatum. Probatur: quia, quidquid in statu possibilitatis sufficientem bonitatem habet, ut amorem quouis modo, & gradu sollicitare, terminareque possit: possum absolute melius, fortiusque, amorem terminare potest & mouere: ut inductione per omnia & ex terminis ipsis patet: quidquid enim gratum est, quod possit in se esse præcisè, gratis procul dubio est quod absolute in se sit, cum ei ex absoluta existentia status melior æstimabiliorque accrescat, atque peccatum possibile præcisè sufficientem habet bonitatem per te ad mouendum, & terminandum Dei amorem, & complacentiam: ergo eam, multoque maiorem habebit ad terminandam, & mouendam diuinam de eius existentia absoluta complacentiam, quæ odio Dei de peccati absoluta existentia locis illis reuelato contradicere. Aduersatur item aliis scripturæ, & Patrum testimoniis, quibus ostendimus Deum, nec desiderare, nec efficere peccatum posse. Nam in opinione, quam supponimus de amore Dei erga possibilia præcisiue, eorum pro eo statu complacentia radix prima est desiderij, etiam efficacis, nec solum inefficacis, de cuius possibilitate complacentia habetur: quare nequit dari complacentia de obiecto possibili, cuius desiderium repugnet. Nihil tandem indecentie respectu voluntatis, & amoris diuini in desiderio, siue complacentia absolute existentie peccati excogitabis, quod in amore, & complacentia de eius præcisiue possibilitate non deuoraueris: cum sola obiecti eiusdem variatio statuum intercedat. Probatur secundò à priori, implicat malum simpliciter, & absolute tale esse obiectum amoris, pro quouis statu tale sit, ac concipiatur: est siquidem, qua tale alij obiectum: atqui peccatum, quia peccatum, essentia sua malum absolute est, ut Patres, & Theologi clamant, dum malum culpæ à malo pænæ, & sensibili diuidentis, hoc malum secundum quid, illud autem simpliciter, & absolute malum appellant: ergo implicat in statu villo peccatum amari, in nullo quippe, adhuc præcisiue possibilitatis, absque essentia sua esse potest, eo etiam modo, quo possibilia in statu præcisiue suæ possibilitatis esse possunt, & dicuntur.

6. Hinc patet solutio ad argumenta: non solum, quia status possibilitatis præcisiue rei cuiusvis ineptus est ad terminandum amorem, vel odium, sed quia casu, quo aptus ad id esset, cum affectum terminaret, quem essentia sua ferre posset, non alium quem non posset. Tamen, qui statum possibilitatis præcisiue aptum terminare rei possibili amorem ex conuenientia metaphysica prædicatorum essentialium absque ulla repugnantia, unde & rem absque contradictione in rebus & physicè

physicè esse posse conuincitur, statuunt, eamque bonitatem motuam ad sui amorem (vti aliis rebus) pro eo statu esse contendunt, in consequenter peccati pro eo statu amorem Deo, saltem possibilem, negant: cum in eo etiam eiusque prædicatis ea conuenientia adsit. Vident tamen Recentiores, vt virtuale saltem amorem peccati possibilem in Deo probent: quia amat suam omnipotentiam connexam essentia sua cum possibilibus, in quibus peccatum est: qui autem amat id, ex quo inferatur aliud inuitabiliter, vti terminus ex re essentialiter connexa cum ipso inferatur, virtualiter saltem terminum amat: vt patet, in amante peccatum, qui eo ipso virtualiter damnationem suam amat: ac vniuersum, quicunque amat causam essentialiter connexam cum effectu, eo cause amore effectum virtualiter amare censetur: obinde Henkelman tom. 2. in 1. part. maxime à tit. 9. d. 1. connexionem Omnipotentia cum possibilibus negat. Verum in odio Dei de peccato nostro, in reuelatione actiua seu decreto efficaci reuelandi illud, negare connexionem cum peccato nequit, vbi, si quas argumentum habet, refert vires, sed nullas habet, et si enim vires habet respectu termini, quem assert, vt effectum, res expresse, & formaliter amata (vnde solum exempla possunt aliqua verisimilitudine peti) non autem respectu termini, quem res non assert, sed supponit potius in se sit, vt euenit odio Dei de peccato, & reuelationi actiua, seu decreto illud reuelandi: eueniretque omnipotentia si connexa realiter de se se cum possibilibus foret.

7. Argumenta cetera, quæ ex Recentioribus assert Quirous, & diluit sectione 5. à num. 24. solum probare contendunt, Deum non posse odio habere peccatum pro statu possibilitatis: quod certum mihi est: cum docuerim nihil pro statu possibilitatis præfinitæ affectum vllum, siue odij, siue amoris terminare posse, et si eius pro eo statu cognitio sollicitate voluntatem possit ad desiderium, vel efficaciam, vel inefficaciam de absoluta obiecti existentia, vel ad fugam ab eius existentia, iuxta obiecti pro eo statu cognitio bonitatem, vel malitiam: inde vero nullatenus inferatur posse Deum amare peccatum pro eo statu præfinitæ possibilitatis: immo verò illud pro eo statu eadem ratione amare non posse, quia nec potest odire: in quam demum rationem per ambages, & circumloquia distinctionum, non admodum perceptibilem, venit tandem Quirous noster ea sectione 30. vbi solutiones à se tactas breuitus, & clarius collegit: quas idcirco induxit, ne eius inconsequentia de amore possibilem bonorum pro statu possibilitatis præfinitæ, siue secundum conuenientiam metaphysicam prædicatorum essentialium absque contradictione ad impossibilitatem amoris de eadem conuenientia peccati pro statu possibilitatis præfinitæ aperte deprehenderetur: & hæc nos extra chorum, & rem præsentem à Recentioribus conatos dixisse de difficultate, quæ commodius in Theologia quiesceret, satisfecit: iam ad præsentis quæstionis de præfinitionum erga nostros liberos actus disfunctionem possibilitate, eorundem libertate illa, vtilemque Theologiæ exinde doctrinam tradendam redeamus.

CERTAMEN III.

Præfinitio vaga de actibus nostris, seu extremis liberis salua eorum libertate probatur, vbi multa Theologiæ vtilia consociantur.

1. Probatur præfinitionis vagæ, seu de obiecto, & effectu libero bono disfunctionem, hoc vel illo possibilitas: quia nec Dei perfectioni, nec effectus ex illa apponendi libertati repugnat: ergo est absolute possibilis. Dixi de obiecto bono: quia, si in disfunctione alterum extremum tantum bonum sit, eiique oppositum malum,

& peccatum (quod vt dixi amari à Deo pro quorū statu repugnat) nequit disfunctionem adhuc amari disfunctionem: siquidem, vt ita amentur debet Dei amor in alterum extremum æque, & indifferenter ferri: quod repugnat determinationi odio habendi ac non amandi peccatum, quam de se Deus, cuiusque voluntas habet: itaque de obiecto disfunctionem, quod extremis, siue intrinsicè, siue extrinsecè, & siue, & circumstantiis bonis confert, conclusio nostra, & communis iam Doctrinæ, procedit: duorum autem in antecedente positorum probatio prima: nempe perfectioni diuinæ voluntatis non repugnare: & primo non ratione scientiæ, aut voluntatis solummodo de obiecto vago, quæ solæ in Deo censentur adinueniendæ sunt, vt vidimus certam. Nec ratione frustrabilitatis intrinsicè absolute, quam ea præfinitio habet, & cum intrinsicè ipsius efficaciam pugnet: ostendimus enim ibidem ea præfinitione politæ neutrum disfunctionem determinatè apponendum, tamen ex illis alterum, quo verificetur absolute alterum poni: ita, vt repugnet vtrumque conuincit non apponi, cum & disfunctionem extremis liberis bonis confert, ac proinde, & sic de se amabile, nec eius amor vlam Deo imperfectionem asserat, vel supponat, à Deo amari absolute poterit: ut efficaciam eius amoris intrinsicè cum effectu alterius ex ipsa apponendi libertate pugnet: vt in secunda antecedentis parte non repugnare, antecedenti eodem assumebatur.

2. Ea verò pars antecedentis, ne ab aduersariis quidem negatur, sed supponitur potius, vt vidimus certamine 1. argumento ipsorum primo: facileque ostenditur: si enim disfunctionem, quod præfinitur, illius extremis contradictoriis confert: vt præfinitio Petri erga Paulum amorem huius, vel eius omissionem tali tempore: nihil amplius necessitatis amandi, vel non amandi Paulum eo instanti Petro asserit, quam ipsius libertas in actu primo, siue potestas ad amandum, vel non amandum Paulum instanti eodem. Hæc autem, sicuti ad naturam determinatè instanti illo apponendi Petrum cogit, neutriusque determinatè pro eo instanti apponendum impossibile reddit: ita neutrius abole libertatem, et vtrumque defectum conuincit reddat impossibile: quia nequit Petrus pro eo instanti, nec amare, nec non amare ob contradictionem in consensu hoc nec amandi, nec non amandi includam: ad quam nulla nisi diuina potestas esse potest: ergo nec præfinitio diuina de amore hoc Petri erga Paulum, vel eius omissionem in hoc instanti disfunctionem Petri in eius amoris consensu vel appositione in eodem instanti libertati contradictionis officit, et si extremam vtrumque præfinitionem pro eo instanti conuincit, finalique absolute defecere vtrum id sane adeo perspicuum est, vt diuina ipsa ostendat immorari non expediat. Aliunde contra contradictionis, seu vaga de alterutro extremo libero contradictionis disfunctionem videntur forte repugnare quia iuxta dicta nihil aliud voluntati liberæ Petri libertate contradictionis erga amorem Pauli, vel eius omissionem asserit, vel erga alterius liberam appositionem efficit, potest efficit quam libera pro eo instanti voluntas Petri qua libera & habeat, efficit: quare de extremo alterutro libero apponendo, non quidem præfinitio quæ essentia sua efficax de se erga suum obiectum esse debet, sed pura libera contradictionis Petri ad amandum, vel non amandum Paulum esse poterit.

3. Certè si constituta Petri voluntas in actu primo libera libertate contradictionis ad amandum vel non amandum Paulum pro priori nature ad Dei amorem de eis contradictoriis extremis pro eo instanti supponatur argumentum conuincit: solum complacentiam de libertate contradictionis Petri ad eum amorem, cuiusque omissionem pro eo instanti esse, cum eam supponit, neque vltimè agat: eaque supposita alterutrum extremum voluntatem pro eodem instanti esse necesse sit apponere contradictionis pro illo defecere prius impossibile, vt diximus: quare nil Dei præfinitio, & voluntas circa alterutrum necessitatem, & vtrumque conuincit: quæ impossibilitatem agere potest: vnde nec assequi tunc actiua, nedum efficaciam, erga disfunctionem illam: se subinde, nec præfinitio disfunctionem illius esse poterit: in

autem amor Dei erga disunctum illud liberi amoris Petri erga Paulum vel omissionis eius in eo instanti constitutum in illo Petri priori naturæ non supponat, sed potius, ut potest, antecedit effectus quidem amoris, & præfinitio disuncti illius ex contradictionis liberi constantis esse optime poterit: ex qua alterutrum liberè necessario pro eo instanti necesse fit, & utrumque pro illo coniunctum deficere fit impossibile: ac subinde teneatur Deus, & Petrus pro illo instanti, cuiusque absolutam voluntatis in actu primo libertatem contradictionis ad utrumvis consistere.

4. Discursum simili probatur, præfinitionem de extremis potius, sive contrariis de se, ut odium, vel amor Petri erga Paulum in hoc instanti, sive non oppositis inuicem, ut hic vel ille amor, vel actus fidei, & charitatis disunctum præfinitis neutrius apponendi absolute libertati officere: etenim, si contraria extrema disunctum præfinita de se sint, nullam maiorem alterius apponendi determinate necessitatem, alteriusque determinate apponendi impossibilitatem voluntati affert, quam ipsa voluntas, qua libera in actu primo libertate contrarietatis in hoc instanti ad odium, vel amorem habeat: est hæc non obstat absolute liberæ appositioni alterutrius extremi libertate contrarietatis: ergo neque de alterutro ex contrariis apponendo præfinitio. Inde vero id ipsum probatur de præfinitione alterutrius extremi, ex non contrariis de se, atque inuicem oppositis: siquidem nihil aliud maioris necessitatis ad alterius determinate ex illis appositionem, aut impossibilitatis ad appositionem alterius determinate voluntati affert: imò verò cum extrema disunctum præfinita contraria de se non sunt, neutiquam alterum excluditur: cum neque id ratione sua contrarietatis, quam non habent, præstat, nec vi disunctiæ solum præfinitionis de alterutro disunctum apponendo, utriusque similitas reddatur impossibilis; sed solum utriusque coniunctum defectus, ut patet: ad quem proinde defectum libertatem, contradictionis adhuc non relinquit: relinquit tamen ad alterutrum, & contradictionis & contrarietatis libertatem.

5. Id quod explicandum exactius restat, quam fuerit hucusque, à subtilibus etiam Commagistris nostris Marcianis Recentioribus explicatum: etenim præfinitio libertatem alteri actus ex præfinitis apponendi seruet, oportet ut alterius ommissio sit pura contradictionis libertate posita priori naturæ alterius absolutam appositionem non præcedat: si enim appositæ vius ex disunctum præfinitis actibus ommissio ex libertate contradictionis absolute præcedat, cum utriusque coniunctum ommissio absoluta, vi disunctiæ præfinitionis alterutrius actus sit, ut diximus, absolute impossibilis, alterius actus appositio erit necessaria: sicuti eius ommissio alterius ommissione supposita impossibilis: quare alter, qui apponitur actus liber non erit: quemadmodum, cum alter ex duobus extremis contrariis ex libertate contradictionis omittitur à voluntate alterius appositio necessaria erit: si in pura actus suspensione nequeat ut volunt aliqui voluntas permanere: quare neque utrumque ex contrariis actibus coniunctum omittit: quod procul dubio ex vi præfinitionis disunctiæ de actu alterutro voluntas creata habet: ergo, ut actus alterius disunctum præfinitis, sive alteri de se repugnantis, libertas seruetur, illius, qui apponendus est absolute in eius appositione libertas exercita supponenda ad alterius ommissionem est: vel si tunc exercita absolute à voluntate in huius alterius absoluta ommissione supponi ad actus appositionem nequit; tamen, cum actus disunctum præfinitis sibi inuicem non repugnant altero etiam actu libere posito à voluntate, atque absolute præsupposito, alter liberè etiam libertate contradictionis poni à voluntate possit, vel omitti: quia alterius præfinitio, etsi utrumque simul omitti prohibeat tantum, quare neque utriusque appositionem exigat, tamen hinc utriusque coniunctum appositioni absolute non contradicit.

6. Si autem præfinitio disunctiæ de alterutro ex contrariis actibus sit, puta odio vel amore Petri erga Paulum: tunc quidem ommissio amoris, nec poterit liberam odij appositionem natura præcedere, siquidem utriusque, ut diximus ommissio coniunctum: vi præfinitionis est prorsus impossibilis: quare, & al-

Christoph. de Ortega de Deo Uno, Tomus II.

terius actus ex contrariis disunctum præfinitis omissione præsupposita alter necessario apponetur: etenim cum ratione contrarietatis actuum disunctum præfinitorum alter alteri mutuo repugnet, etsi præfinitionis vi præcisè: utrumque simul apponi non prohibeatur: est vi contrarietatis naturalis actuum disunctum præfinitorum (qui materia, seu obiectum eius præfinitionis sunt) utriusque coniunctum appositio prohibetur: quare ex libera præsuppositione alterius, ommissio necessaria nec libera proximè alterius ommissio est: etsi, quia ex libertate contrarietatis, quam præfinitio de alterutro ex contrariis actibus disunctum præfinitis voluntati reliquit, alterum quod ommissum est, æque, atque illud quod positum est, potuit pro natura priori à voluntate absolute apponi, liberè etiam libertate contrarietatis, actus, qui appositus absolute non est, dicendus sit absolute ommissus; quamvis hac libertate absolute exercita, & supposita in actus oppositi absolute positione, libera alterius ommissio non sit, ut diximus, proximè, sed remotè solum: quatenus pro priori ad exercitium libertatis contrarietatis ad utrumvis apponendum, potuit absolute præ altero apponi: nunquam enim in voluntate fuit ad alterum ex contrariis apponendum supposita alterius absolute appositione libertas.

7. Hic adverte præfinitionem alterutrius actus disunctum vulgo per duplex hoc decretum conditionatum à Recentioribus explicari: *decerno, ut, si non, sit actus fidei Petri, sit actus elemosynæ*: & hoc alterum simul: *Et decerno, ut, si non sit actus elemosynæ, sit actus fidei*: quibus decretis vnum hoc innuitur: nempe, præfinitione disuncti illius alterutrius apponendi necessitatem induci, atque utriusque ommissionem coniunctum excludi: quod certissimum, ut diximus, est: quare ex vnius ommissione alterius absolutam positionem legitimè inferri: ceterum propriè loquendo male duplici eo conditionato decreto præfinitio disunctiæ explicatur: etenim conditionatum propriè obiectum dicit conditionis conducentiam aliquam, etsi non determinantem, & necessitantem de se ad conditionatum sub ea futurum: ut autem ex dictis constat ommissio alterius actus ex disunctum præfinitis, si aliquo modo pro priori naturæ ad conditionatum alterum extremum disuncti præfinitis apponendum natura præcedat, ut debet, si ad ipsum conditio, & subinde aliquo modo conducent sit ad alterius appositionem: quare ex vi præfinitionis, quæ coniunctum illud duplicis voluntatis propriè loquendo conditionatæ continet nunquam alteruter actus disunctum præfinitus liberè apponetur, contra horum Recentiorum, & omnium communem sententiam, quam hic statuiamus, dixi autem ex vi præfinitionis: quia cum præfinitio, seu decretum conditionatum ex parte obiecti absolutam efficaciam, & connexionem cum obiecto sub conditione solum præfinito habeat, quoties conditio libera voluntati creata est, in eius appositionem nihil prorsus agit: quare si actus alter ex præfinitis, nobis de se liber, à nobis antea actus ad negationem alterius absolute appositam apponatur, ut potest (quando quidem libera nobis ommissio est) nihil tunc in actus appositione præfinitio, eiusque efficacia habebit: siquidem alterius ommissio (quæ conditio purificanda necessario erat, ut præfinitio erga illius absolutam appositionem efficiam absolutam haberet) pro natura priori ad huius actus appositionem absolutam non præcessit: quare præuenta aliunde à voluntate nostra, eiusque libertate in actu absolute apponendo absoluta conditionatæ illius præfinitionis efficaciam est: nihilque, etsi alterius ommissio addit, quod isthic in actum præsuppositum agat omnino habebit: quare etsi stante ea præfinitione liberè actus ille apponatur à voluntatis quidem libertate libera apponitur, nunquam autem ex vi præfinitionis, ut dixi.

8. Quæ dicta hæcenus sunt de præfinitione disunctiæ actus liberi nostri huius, vel illius eadem de eodem vnicò actu pro diuersis durationibus, seu instantibus disunctum, hoc, vel illo, sit ita à Deo præfinitur, dicta volumus: sicuti enim præfinitio duplicis actus disunctum neutrius determinatè apponendi, necessitatem, alteriusque determinatè apponendi impossibilitatem voluntati nostræ affert, sed solum alterius apponendi necessitatem.

Z

&

nam actus voluntatis imperans, eluque, sine physica, sine intentionalis actiuitas, & adactio ad imperatum ab actiuitate & adactione physica, vel intentionali intentionis efficacis finis ad mediū necessarii electionem quod intentionis efficacis ad electionem illam actiue alterutro, vel utroque modo physico, vel intentionali ex parte actus primi determinet, quia electionem ipsam pro obiecto habeat, atque expresse formaliter velit; actus vero imperans in imperatum, tanquam in obiectum formaliter, & expresse voluit ferri debeat, & reflexe illum velle, verbi gratia, *Volū elicere volitionem, & assiduum misericordiam, penitentiam, humilitatis, &c.* Hæc omnia bus Doctoribus communia, & stata, atque hic supponenda ex fassori nostra disputatione de actibus imperantibus, & imperatis ad controuersiam de actibus voluntatis.

2. Mittenda verò nunc quæstio, quam ibi examinabimus, subtilior, an possit esse actus imperij non absolute efficacis, & actiue physice, vel intentionaliter determinans ex parte actus primi, adigensque voluntatem ad actum imperatum elicendum, tamen actiue physice, vel intentionaliter sit actus illius imperati, ad eumque elicendum alterutro, vel utroque actiuitatis genere ex parte actus primi voluntatem inducens ac impellens, ut auxilium & cogitatio voluntatem ad actum ex parte actus primi suo modo, est non determinat, sollicitat tamen, & impellit, & habitus adquisitus plurimum sententia ad actus proprios voluntatem quam non determinat, & adigit, actiue tamen agit: ac demum vera, ac sentia, non tamen absolute efficacis, finis intentio ad medium electionem agere, ac inducere intendens voluntatem potest, induciturque de facto sæpe ad aliqua eligenda, ut vidimus quæstione 1. tamen eam non cogit. Mittenda tamen quæstio hæc in præsentiarum fuit: quia præsentis quæstionis difficultas tota non ex specialibus eius quæstionis decidenda principiis pendet, sed utriusque communibus; ac proinde in actibus imperantis actus efficacis, & imperati ab aliis hæcenus disputatis, & admissis instituenda hæc quæstio fuit; ne alterius de subiecto ab aliis non supposito nec disputato, sed importune hic disputando, quæstionem intruderemus, quæ ex resolutione, & principiis præsentis quæstionis decidenda decisa manebit.

3. Dicendum est contra Ruiz citatum, voluntati diuine actus imperans, & imperatus, eorumque inter se le ordo non repugnat. Probat: quia in Dei voluntate est per te, & per omnes Doctores actus intentionis, & electionis meritorum ad fines intentos, atque inter eos ordo prioris, & posterioris, vniuersique ab altero, quasi dependentia, & subordinatio: quia electio mediorum ab intentione proutens ipsamque pro natura & causalitatis quasi priori in voluntate diuina supponit, intentionem vero finis pro eo priori, posita in voluntate eam ad mediorum electionem agere, adigitque, si efficacis intentio sit: ergo in voluntate diuina actus imperans, & imperatus, similique inter illos ordo, & subordinatio esse potest. Non dixi, est de facto, sed esse potest: quia nullus actus imperans in nobis adhuc essentialiter supponit imperantem ab eoque pendet, (ut patet in actu misericordie, & penitentiae à charitate imperatis, qui iidem obique eo imperio esse possunt) sicut electio omnis pendet à intentione, atque eos actus ita subordinatos in Dei voluntate, (quem nisi propter finem operari est impossibile, ut sæpe vidimus) de facto esse evidens est: imperantem vero actum actus alterius in voluntate Dei esse evidens à ratione non est, neque sciri à nobis nisi ex reuelatione potest. Consequenter est legitima quia omnes repugnantie contra actum imperantem, & imperatum voluntatis diuine, eorumque inter se ordinem, & subordinatorem à Ruiz excogitate, & excogitabiles de facto in actibus intentionis, & electionis, huiusque ad illam dependentiam, & subordinatorem sunt complanate, ut singularum subordinatorem, & dependentiam electionis ab intentione voluntatis diuine applicatione clarebit certam. Probat: secundo, & confirmatur à priori ratio præcedens: quia tamen actus omnes voluntatis diuine, qui à nobis numerantur diuersi physice & realiter loquendo, & inter se, & cum voluntate ac diuinis reliquis idem sunt, inde solum euincitur vnum ab alio imò neque à voluntate diuina posse physice, & realiter distingui: quare nec vnum ab alio, neque à voluntate ipsa physice, & realiter causari, atque procedere: at vero & inter se vere, ac sine vlla nostra fictione intentionaliter distingui suadent diuersa Dei libera decreta per intrinseca Deo adæquate constituta: quorum vnum deficiente altero; imò possibilitas innumeris verè, ac omni mentis nostre fictione seclusa persistit, verè distinctionis alicuius (tamen non physice & realis ob essentialem amoris, siue omni amoris quoad substantiam & modum diuini infinitatem) evidenti argumento, & inrefragabili, ut vidimus controu. 4. de voluntate volitionis diuine liberæ, quæ libere constitutionem adferentes ex hac vero intentionali vera actus voluntatis diuine à voluntate ipsa, & scientiæ ab intellectu, quibus tamen realiter physice identificantur, ostendimus tom. 1. de Deo vno controu. 1. de scientia d. 2. & hoc tom. controu. de volunt. d. 2. dari in Deo vera prædicata potentie intellectiue, & volitiue realiter intentionalis est non realis physice ad suos actus eliciendos; nec solum logicam eorum actuum potentiam, ut phres contendunt argumentis, quæ ibi facile discimus, tamen ab eis inclamarentur euidentia: sicque & scripturæ, & Patrum, & ante actum huc vq. Theologorum doctrinam de vero potentie intellectiue, ultra actum potentiam logicam, siue possibilitatem verum & realem intellectum, & voluntatem stabilimus non vno, neque exiguu veritatis, & rei Theologicæ commodo.

4. Hoc autem statuto ex citatis locis principio euincitur clarè in diuinis actibus summa identitate reali physica, & inter se, & cum potentia diuinis, eorum veram intentionalem distinctionem, & aliorum ab aliis, quibus realiter physice identificantur: productionem, & dependentiam non repugnare, nec solum inter eos fictam rationem, atque nostro modo concipiendi distinctionem, & dependentiam posse intercedere, ut citatus Ruiz num. 6. à medio quasi certum, & in Theologia statutum ac sine disputatione tenendum putauit. Inde vero constat primo: dependentiam, cum diuini iudicii ab obiecti apprehensione, cui realiter identificatur, cum actus voluntatis diuine, siue productionis siue fuge à iudicio diuino, quo vel bonitas, vel malitia obiecti assertiue proponitur, tamen ipsa huius physice identificatur: cum denique (ut propius ad rem præsentem accedamus) electionis ab intentione inter se physice realiter identificatis non rationis nostre creatori adinstar de diuinis cogitantis figmentum, sed veram intentionalem dependentiam esse: constat secundo: hæc ex parte distinctionem, & dependentiam veram intentionalem actus imperati ab imperante non repugnare. Cum autem actus intentionis distinctio, & dependentia hæc sit actu cum iacta distinctio, & subordinatio in amore, seu actu voluntatis diuine eodem & adæquate specificato ab unico specificatio & totali amoris diuini, constat tertio: neque inde repugnare veram distinctionem, & dependentiam intentionalem alterius ab altero inter actum imperantem, cuius ratio à priori, tam pro actibus intentionis, & electionis, quam pro actibus imperante, & imperato est, quam sæpe dedimus t. 1. de Deo vno contr. 2. de scientia & hoc tom. controu. 4. de volunt. de adæquato obiecto specificatio scientiæ, & volitionis diuine agentes, ubi verum diuinum actus scientiæ Dei, & bonum diuinum actus amoris diuini adæquatum obiectum primarium, & specificatum esse ostendimus; & tamè id non obtine, quominus plura obiecta motiua creata, finaliter etiam, & occasionaliter, ob quæ hoc, vel illud Deus velit pro voluntatis diuine diuersis verè intentionaliter actibus adinstar, & assignentur, quia, licet increatis motiua, ob quæ actus voluntatis habentur, eos necessario specificent, quia eorum specificationem, imò realem physicam existentiam illorum non supponunt, sed obiectiue suo modo faciunt, in actibus tamen scientiæ, & amoris diuini essentia, & entitate sua ab omni obiecto creato, pro quouis eius, etiam possibilitatis, statu independentibus, totos ab æqua necessitate physice primario adæquate specificatos supponunt: quare, quoad eorum physicam realem entitatem, & specificationem obiectiue illos faciendi, & specificandi motiua obiecta creata aditum oculos inueniunt, cum secundo loco adueniunt. Ex quo principio nostro hoc etiam tom. controu. 5. d. 1. q. 1. virtutes Dei morales dilucide statuimus, ac produgnamus: è cuius aduertentia minori in earum dependentiam

ensione valde antecessores nostri, diuque sunt vexati:
per auia saepe & repugnantia gradientes, vt ibi ostendebamus.

tim. Hic autem principis non fitis orationes; (et) humilitas memorandis fundamentis ratio a priori pro actus imperantis, & imperati & subordinationis ac dependentiae verè in Dei voluntate intentionalis, non physice, actus imperati ab imperante realis possibiliter, & non repugnantia facile efformatur. Possibilitatis distinctionis ac dependentis ab imperato verè realis intentionalis non physice, atque ita verè subordinationis, & dependentiae actus imperati ab imperante non obstat identitas eorum ac quum physica, & realis ex via parte ex alia verò non obstat primaria adequata (specificatio amoris) ex omniamoris diuini à diuina bonitate quominus in alia obiecta fecundum quum inrursu, tam extrinseca Deo etiam motus, & finem media, &c. ferri possit; quum amorem diuinum efficiunt & augent; sicque amor diuinus essentia fuum omniamot, quoad substantiam, & modum, atque identitè, & indiuisibilitè infinitus per termini, etiam extrinsece denegationem augeatur, & quasi per partes creascit, atque ex his solum capibus repugnantia ac sub imperantis, & imperati diffindit, & veraque subordinatione, & dependentia vnius ab alio petuntur à fuo, possuntque apparetur opponi; ergo, actus eorumque lub ordinatio, & dependentia vnius ab alio non repugnant in voluntate diuina. Minor repugnantiarum complanatione consistit certamine secundo. Maior probata manet numero 4.5. & 6. Probatur sententia etiam, eluquenda fundamenta vtriusque confirmantur conclusione 2. iam subicienda.

CERTAMEN II.

*De facto actus imperans, & imperatus
adsunt Dei voluntati : ubi ob-
jectionibus occurritur.*

7. **P**robatur conclusio ex Ierem. 31. n. 3. *In charitate*
perpetua dilexi iisdem amari et se miserari: ubi affectus misericordiae, ex quo non peccata auios ad se Deus traxit ac reduxit, ex Dei in non charitate esse dicitur, atque illa particula *iisdem*, non innuitur solum, sed declarat: atqui affectus misericordiae proprie dicitur, et exercita, neque est formaliter, & proprie actus charitatis actus, neque ex mortuo, & obiecto formali charitatis: ergo aliunde verificari debet, & actum misericordiae illius diuine erga nos causari. (v. bi aliterur)
a charitate, quam ex mortuo, formalique obiecto charitatis, quod ab eo actum misericordiae formaliter recipiatur. Nequit autem hic aliunde causari a charitate nisi quatenus actus charitatis Dei erga nos cum misericordiae diuine erga nos imperet: ergo in Deo datur de facto actus charitatis erga nos imperans, & imperatus misericordiae, illi vere, & realiter intentionaliter subordinatus ab eoque dependens. Minor primi syllogismi probatur: quia motum, seu obiectum formale misericordiae, omnimode eius actum formaliter talium est subiectum miserie alienae ob honestatem propriam miserantis in eo affectu, & subleuandi exercitio: quare & est honeste quidem concupiscentiae actus, atque complacentiae propriae miserantis: actus autem omnis charitatis est vel complacentia in altero ob eius bonitatem, vel ex ea necessario ortus. Maior ex textu ipso in illa explicato patet, & conuectio est legitima: subsumptum ad consequentiam secundam (quae aequae inoffenso currit) antecedens est certum.

2. Dixi autem de actu formali misericordiae, nam, materialiter loquendo omnis actus misericordiae, & in proximorum commoda cadens charitatis dicitur, & qui eos exercent charitativi vocantur, epulaeque, ac merende confraternitarum flatibus affluere charitates, vulgo dicuntur: quia materia apta charitatis proximi propter Deum, imò & ex proximi ipsius complacentia

apra fuit, ommoda huius quaecunque: & quomodo exercit charitas & complacentia in proximo, vel quod innotet, et inde vulgaris illi amoris, fidei charitatis definitio fit: *Amaro esse velle alteri bonum, & illius qui habuerit substantiam huius mundi, & videri fructum suum necessarium habere, & claudere videra sua de se, quomodo charitas Dei manet in ipso: Ioan. epist. cap. num. 17. quibus filius Iacobus cap. 1. (ux. num. 1). Confirmatur argumentum & textu Hieremie petrum ex illo Leonis pap. Ier. 1. de Natiuit. vbi ex Pauli locutione, praefertim ad Ephes. & sensu & verbis haec sententia compingit vt nos ad gratias Deo Patri agendas pro incarnationis mysterio adducitur. *Qui propter multum dilexit eam, quod dilexit nos miseris est nobis: & cum essetis mortui peccatis, conuoluitque nos in Christum, vt essetis in ipso noua creatura nouum figmentum.**

3. Probatum tertio : quia voluntas permiffa peccati prædilatationem quorumvis penitentia finem illius falutadum effe medium ad præintentionem quorum falutæ : æque vniuerfum cuiusvis medijs efficacia ad falutem intrinfeca Deo electio : atque medium quodvis ad finem Deo intentionem amari a Deo potest effe intentione prælibita faluis : ergo , & voluntas permiffa peccati prædilatatione prædefinitæ pro falutem penitentium Deo intrinfeca potest a Deo amari æque intentione falutis : fi quidem illius permiffio effe potest , & effe effectus prædilatationis : vnde videbimus contraſtertia 7. d. effe effectus prædilatationis vniuerfum amorem de omni electione medijs efficacia ad falutem , quod peccati permiffio non fit , fine controuerſia villa : medium ad illam effe atque æque intentione Deo electuro amabile : quare & ac ratione amari a Deo poſſe certiffimum eſt. Inde vno probatur cum electionem a Deo Deo intentione falutis amari de falto. Nulli enim effe vnde ab eius amore Dei voluntas retrahatur cum Deo electionis impius ac conducentis remotiori illius ſcientia perfectiffima æque , atque proximioris conducentis medium pro ipſam eligendum , adeo Quia circa , etſi in nobis fine reflexa voluntate erga electionem mediourum , folaque cognitione , & ſcientia conducentis mediourum ad finem intentionem poſſit voluntas ad electionem mediourum immediate , & proximie accedere : quare neque ex prædicato electionis vbi fit imperium intentionis in illam requiritur , aſt ſi electionis habenda & conducentia ipſius remotioris ad finem eligendum in nobis etiam ſcientia præcedat , non dubium quia ſicut reliqua ad finem intentionem quouis modo , & gradu , vel proximiorie , vel remotiorie conducentia , & electionem ipſam expreſſe æque intentione amari inducerentur : quare cum ex perfectione Dei , cuiusque omniſcientie neceſſario conducentis electionis remotioris ad finem æque , atque proximioris mediourum eligendum adſit , dubitandum non eſt , quin ex ac intentione Dei ad eam amandum de falto inducatur. Nec minus inducit ad hunc etiam amorem reflexum amoris electionis extrinfeca mediourum , & fit in infinitum inducendum : reflexus hic amor ad finis obtentionem non conducentis , ſed ipſa extrinfeca mediourum electione , ſine qua illa amari poſſunt : ac proinde ille eſt ſola eligendis Dei perfectione in ipſo altitruis : quare neque ex ſuis intentione ad eum amorem reflexe amandum , vbi fit inducitur : intentione , & perfectione omni amoris diuini , vbi primario a Deo intentionaliter concipitur , & effe , abſque villa diuini amoris ad intentionem reflexa æmunt : vnde in ſimili reflexione diuine ſcientia ſua ſeipſam dicebamus moueri , de Deo vno controu. 4. & hoc tom. controu. 4. de voluntate diximus ſæpe.

diximus hñe.

4. Iam quæ à nostro Ruiz opponuntur, quæque op-
poni contra vtramque conclusionem possint adve-
harum probationibus sunt. Primum; quia id eisdem
à se ipso disjuncto, atque ad seipsum ortho, à se
ipso dependentia vere, ac non ficta esse non possit:
ipso dependentia vera posita certamz. numero &c.
disiectum est doctrina intentantis & electio-
nis veris, ac non fictis ab eodem Ruiz acquisitis, licet
& à Theologis reliquis, & necessario admittendis,
ad formam ex præfata doctrina respondentem distinguendo
antecedens: eiusdem actus ad ipsum physice, & rati-
onalem solum eiusdem negatur antecedens, realiter antepre-
cedens etiam eiusdem, datur: actus vero imperius,
imperius.

imperatus, sicuti, & intentio, & electio tamen *reel ter* physice idem sint, *realiter* vero intentionaliter non sunt idem, sed diversi. Secundum: quia crescere paulatim, & quasi per gradus Dei amor intelligitur, si quasi priori naturæ in actu imperante expressus amor imperati actus, nondum pro illo priori concepti admitteatur: negandum absolute est, atque in actibus intentionis & electionis in statu: tum, quia, quod expresse non ametur actu intentionis electio, non tollit, quod pro illo intentionis priori amor, qui electio est, non adit, nec possit adesse: tum quia, ut diximus certam. hoc 2. n. 3. expresse ante conceptam à Deo electionem amari à Deo electio ipsa potest, ac debet. Negandum autem absolute est, iuxta doctrinam à nobis datam certam. 1. num. 6. de primario obiecto, & adequato specificatio amoris Divini, ex quo omni amor, & infinitus è genere suo per denegationem termini, etiam extrinseci, ante & independentem ab omnibus aliis obiectis euadit, ac supponitur; ac proinde qui nequeat realiter intentionaliter diversorum inter se accessu, vel recessu crescere, aut diminui, & ex quibus constet constari.

3. Confirmatio secunda nostri Ruiz, tamen verum num. 8. assumat, non scilicet posse Deum discurre, quia nequit assentiri conclusioni ob connexionem præmissarum, non inde tamen à Theologis, neque ab ipso negatur, quod ob aliud, quam Divinam veritatem primarium scientiæ suæ obiectum, & adequatum specificatum, nequeat Deus veritatibus creatis, tanquam motibus ad ascensum uti, cum ipse, & Theologi plerique Recentiores vnam creaturam in alia creatura, imò Deum etiam ipsum, tanquam in medio formali, & determinatio posse ab ipso Deo cognosci: in eo autem motionem intentionalem medijs illius formalis, & determinatiui creati ex parte obiecti ad assensum veritati creatæ, imò & Deo ipsi fatentur: quid, nisi aliud obstat, incommodum foret si ob connexionem præmissarum Deus conclusio- ni assentiret, formaliterque discurret? Secundò: cum in intentione, & electione, ac moralibus virtutibus

Deum moveri, habereque affectus voluntatis suæ propter creatam bonitatem, & honestatem, & utilitatem ad illam ab his Doctoribus non negetur, imò negari nequeat, non valet consequentia à negatione motui creati respectu scientiæ divinæ ad negationem motui respectu divini amoris. Aliunde quàm ex impossibilitate motionis obiectivæ veritatis creatæ negatur à Theologis Recentioribus cognitio divina discursiva, siue vnius creatæ veritatis ex alia, etiam divina, admittentibus tamen in Deo rei cognitionem in alia; quia præpositione in non denotatur physica realis distinctio cognitionis obiecti, quod cognoscitur; quæ tamen ad formalem discursum requiritur, & præsuppositione ex denotatur, divinæque scientiæ repugnat.

6. Nos autem aliunde negamus scientiæ divinæ motionem obiectivam à veritate, siue divina, siue creatæ, ut in vel ex illa aliam veritatem cognoscat, ut videre est tom. 1. de Deo vno, controu. 2. de scientia d. 7. quæst. 1. & quæstion. 5. per totam: inde tamen ad motionem obiectivam aliorum obiectorum respectu amoris divini ad obiecta alia negamus illationem: quia fundamenta negandi ibi hic non currunt, ut ea legenti constabit. Neque item putamus maiorem distinctionem cognitionem vnius ex alio quam in alio importare: satisque, si alia eo loco adducta obstant, veram intentionalem cognitionum distinctionem fore, ut vnum ex alio, & formali discursu, æque ac in alio, cognosci possit. Tandem tertia Ruiz pro sua & contra nostram doctrinam confirmatio numer. 9. extra rem est. Siquidem ab indistinctione actus tendentis ad plura obiecta materialia ob eandem rationem formalem, & impossibilitate subordinationis veræ ipsius, ut ad vnum materiale obiectum tendit, ad se ipsum, ut in aliud fertur, tota confirmatio procedit; cum tamen actus imperans, & imperatus non sint actus idem ob idem motuum divinæ bonitatis ad plura obiecta materialia tendens, sed ex motibus ab ea diversis concepti, & elicti: quare, & in quibus distinctio vera, & subordinatio locum, ut vidimus, habeat.

